PAVLI BELLONI

Iurisconsulti Collegij Ticinensis, & Patricij,

REGII MEDIOL. SENATORIS.

De Potestate eorum, quæ Incontinenti, vel ex interuallo fiunt

LIBER SECVNDVS.

Cum duplici Indice, vno argumentorum, altero rerum, & verborum singularium, alphabetico ordine digesto.

Ad Illustrissimum, & Excellentissimum Principem

D. GOMETIVM SVARETIVM

FIGVEROAM CORDVBAM

FERIÆ DVCEM

POTENTISSIMI PHILIPPI IV.

HISPAN. REGIS NOMINE

Apud Insubres Gubernatorem,

Eiusdemque per vniuersam Italiam summum Imperatorem.



MEDIOLANI, Sumptibus Io. Baptistæ Bidellij. M. DC. XXI.


Superiorum permissu, & Priuilegio.

1621. die 26. Augusti.

Imprimatur Fr.Io.Bapt.Spadius Vic.S.Inq. Mediolani.

Fr.Aloysius Bariola Augustinianus Consultor S.Offitij pro Illustriss.D. Cardinali Archiepiscopo.

Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.



Illuſtriſs. & Excellentiſs. Principi

DON GOMETIO SVARETIO FIGVEROÆ CORDVBÆ

Ferienſium Duci, Mediol. Prouinciæ Proregi, Italici exercitus ſummo Imperatori

PAVLVS BELLONVS SENATOR Fauſta precatur.



ON ſum auſus priuatus tibi, Principi viro, tot virtutibus conſpicuo, quot genus tuum ſplendidiſſimum magis magiſque indies ornari omnes ipſis penè oculis cernunt, ſcripta mea offerre. Nunc te rogat Senatoria illa dignitas, quam ſecundum D.O.M. & inuictiſsimum Regem noſtrum tibi acceptam

a 2 refer-

refero, vt meas hasce qualescumque lucubrationes, quæ cum inscriptione gloriosissimi tui nominis prodeunt, velis ea fronte excipere, quam mihi non obscuris argumentis sum pollicitus. Nam, vt cætera taceam, cùm earum auctorem testimonio tuo ita probaueris, auctoritateque, qua plurimum polles, adiuueris, vt in Senatu nunc sedeat, non tàm præiudicio, quàm iudicio tuo nituntur, maximi nimirum Mœcenatis; in quem præterea omnes illud elogium iure consentiunt, Principem esse benignissimum ad omnem humanitatem, & virtutem natura, & disciplina formatum, & excultum. Sed neque vereor, ne meis scriptis ad benignitatem tuam veluti aditum obsepiant armorum strepitus, quæ lacessitus, felicissimè, non sine diuini numinis adflatu, intulisti hoc tempore aduersus homines barbaros, qui tàm infesti sunt Christiano nomini, quàm tu, Princeps Excellentissime, maioresque tui illius acerrimi vindices, & assertores fuistis. Quid enim aliud districti maiorum tuorum gladij pugnando agebant, quàm hoc, vt Christianæ religionis hostes internecione delerent? Quorum latera, nisi impiorum, mucrones illi petebant? Qui fuit semper armorum tuorum sensus? Quæ tua mens? Hoc ipso tempore quis fuit veluti scopus, quò curas, & cogitationes tuas piè, & feliciter collineares? Is nimirum, vt pulsa hæresi, sua esset Catholicæ fidei dignitas, & maiestas. In primis omnia voluisti experiri, quibus barbaros homines ad sanitatem reuocares, eorumque vesani, & feroces impetus aduersus Catholicos mora languescerent. Sed cum hac via nihil proficeres, sumpsissentque illi eos spiritus, vt auderent Vallem Tellinam non ex iure manu consertum, sed ferro repetere, quam contra omne fas antea occupatam

per

per auaritiam, crudelem tyrannidem, & impietatem amiserant, prudentissimè existimasti, occasionum momenta, populi illius recens meritum, & periculum cum Catholica religione commune, tecum ipse perpendens, nihil esse melius, & tutius festinatione, in eo prçsertim consilio, quod laudari, nisi peractum, non posset. Quamobrem eò profectus, vbi ardebat bellum, non solum barbaros à Catholicorum ceruicibus, quibus illi imminebant, repulisti, sed etiam eosdem cæsos, castris, oppidis exsutos Alpinas in latebras compulisti, pulcherrimamq; nobis victoriam mira celeritate repræsentasti. Faxit D. O. M. vt diù viuas incolumis, & continuatis victorijs, & triumphis GONDISALVI illius (domesticis tuis vtar exemplis) cui præclara bellica facinora magni Ducis nomen indiderunt, gloriam æques, atque adeò superes. Interim vt eò, vnde sum digressus, redeam, te etiam atque etiam rogo, vt exiguam hanc grati animi mei significationem æqui bonique consulas. Kal. Decembris. M D CXXI.

SENATORIS
Petri Francisci Corij.

QVOS Bellona mouet subitos furibunda tumultus,
Bellonus celeri comprimit ingenio.
Vulnera, quæ infligunt velocia spicula, velox
Bellonus mira, curat, & arte leuat.
Excipe, non tardes, lector medicamina: Vitam
Hoc medico semper duxeris innocuam.

EIVSDEM.
Opus dicatur Illustriss. & Excellentiss. Feriæ Duci.

COelatus ferro, hostili Mars sanguine fuso
Per subitos casus, inter & arma furit.
Fortiùs occurit calamo Bellonus, atrocem
Bellonæ fratrem sistit, ouansq. redit.
Et tibi mirandus, Dux Martis alumne, sacrauit
Victorem calamum: munus & ipse probas.
Deuictum Martem rides? cum Martis honores
Secteris, Martis gloria quem decoret?
Mars procul hinc subitus, tibi si prudentia desit,
Prudentem Martem Dux cupit, atq. probat.



Ad Clarissimum Virum
PAVLVM BELLONVM
Regium Mediolani Senatorem.

F. IO. BAPTISTAE SPADII THEOLOGI Dominicani

CARMEN

PER ANAGRAMMA NVMERICVM Ex Virgilio.

D.D.Paullus Bellonus Papiensis I.C.egregius. 381
Moenibus in patrijs diuini gloria Iuris. 381

Papia Ciuitas loquitur.

Ge. 1.	PAVLE, *mea vires, mea magna potentia solus,*	Ae. 1.
Ae. 8.	*Quē* BELLONA *potēs Itala virtute Propago*	Ae. 12.
Ae. 9.	*Semideūm, partu subluminis edidit auras;*	Ae. 7.
Ae. 5.	*Salue, iterum salue. tu tot labentibus annis*	Ae. 2.
Ae. 11.	Moenibus in patrijs diuini gloria Iuris,	Ge. 1.
Ae. 4.	*Legiferùm Interpres diuùm Ioue missus ab ipso,*	Ae. 4.
Ae. 11.	*Insignis longe memoranda iuuenta magister*	Ge. 4.
Ge. 1.	*Pandisti. Fama totum vulgata per orbem*	Ae. 1.
Ae. 3.	*Quæcunque in folijs descripsti ferrea* IVRA.	Ge. 2.
Ge. 1.	*Et quamuis tibi res antiquæ laudis, & artis*	Ge. 2.
Ae. 3.	*Sint; & te meritis sustentet fama trophæis;*	Ae. 11.
Ge. 3.	*Atque opere in* MEDIOLANI *tu corpore toto*	Ae. 6.
Ae. 12.	*Altior insurgens animis, & viribus æquis*	Ae. 10.
		Ae. 2.

Ae.	2.	*Instes vi patria sacrata resoluere Iura;*	Ae.	2.
Ae.	1.	*Regius accitus Consultus reddere, Vatis*	Ge.	3.
Ae.	7.	*Fatidici, lucens Phœbeæ lampadis instar;*	Ae.	3.
Ae.	9.	*Tu tamen interea veterum penetralia Legum*	Ae.	2.
Ae.	8.	*Lætus adis, summoque hauris de gurgite lymphas:*	Ae.	9.
Ge.	2.	*Multa virùm & voluens immensa volumina versans,*	Ae.	5.
Ae.	10.	*Hoc virtutis* OPVS *manibus de parte serena*	Ae.	9.
Ae.	8.	*Nobis das cæli, quo non præstantius vllum*	Ae.	12.
Ae.	11.	*Ordine cuncta suo in factis emissa repente*	Ae.	10.
Ae.	11.	*Rettulit in melius, docuit, perque omnia duxit.*	Ae.	6.
Ae.	4.	*I, decus o, famæ meritò pars maxima nostræ,*	Ge.	2.
Ae.	1.	*Perge modò, & quà te ducit via dirige gressus;*	Ae.	10.
Ae.	9.	*Spondeo digna tuis ingentibus omnia factis.*	Ae.	10.
Ec.	4.	*Teque adeo decus hoc æui, te maximus vltrò.*	Ae.	10.
Ae.	7.	*Rex genus egregium ferrugine clarus* IBERA,	Ae.	9.
Ae.	10.	*Tertius ille hominum diuûm pluuialibus* AVSTRIS,	Ge.	3.
Ae.	12.	*Cui genus à proauis ingens, clarumque* PHILIPPI	Ge.	1.
Ae.	12.	*Nomen erat; vir te is magna inter præmia duxit.*	Ae.	12.
Ae.	10.	*Te quoque magnanimus nil magnæ laudis egentem*	Ae.	5.
Ae.	10.	FILIVS *æqualis, non immemor ille* PARENTIS	Ae.	5.
Ae.	5.	*Semper honorati, multo compellat honore.*	Ae.	3.
Ae.	6.	*I, decus i nostrum virtutem extendere factis:*	Ae.	6.
Ae.	3.	*Vade, age, & ingentem factis fer ad æthera gentem*	Ae.	1.
Ae.	3.	BELLONAM, *nomenque tuum, laudesque manebunt.*	Ec.	5.





PAVLI BELLONI I. C. SENATORIS MEDIOLAN.

De Potestate eorum, quæ fiunt incontinenti, vel ex interuallo.

LIBER SECVNDVS.

SVMMAE.

1 *Ciuitas delinquendo obstringit se pœnis delicto impositis. Declara. Vniuersitas persona ficta.*
2 *Pœna vniuersitatum delinquẽtium.*
3 *Vniuersitas quandonam dicatur deliquisse. Distinguitur inter factum successiuum, & momentaneum. An procedat hæc distinctio.*
4 *Auctoris distinctio, & opinio. Vniuersitas quando censeatur approbare factum momẽtaneum, vel successiuum Ciuium.*
5 *Pater pro filio, Dominus pro seruo, non tenentur pro delictis momentaneis. Feudi dominus quando priuetur feudo ob actus Tyrannicos. Distingue.*
6 *Statuta vt Villæ, Castra, oppida capiant malefactores declarantur.*
7 *Statutum Ticinense. De emendando damno per vniuersitates.*
8 *Vicinis compellimur opem ferre per statuta.*

CAP. I.

De Vniuersitate delinquente.



BTINVIT Principem locum in primo libro caput pertinẽs ad obligationem Ciuitatis in cõtractibus. Eundem nunc in secũdo hoc libro volumus tributum obligationi Ci-
1 uitatis in delictis. Neq; † enim dubiũ quin delinquendo Ciuitas obstringat se pœnis delicto impositis. l. metum 9. §. animaduertẽdum, ff. de eo, quod metus causa. Quod verum, vbi illæ pœnæ possint Ciuita-

ti, vel alicui alteri vniuersitati imponi. Cùm enim Vniuersitas dicatur persona ficta, & in intellectu consistat, non potest omnibus pœnis subijci, neq; tunc ciues pęnis illis erunt adficiendi. Farinac. de delictis, & pœnis, quęst. 24. num. 109. 115. & 121. vbi ex Carer. recenset
2 †pœnas, quibus affici solet Vniuersitas delinquens ita, vt quandoque solo æquetur, neq; innoxijs parcatur tectis, & aratro terra proscindatur, possitq; illud vsurpari, quo Virgil. initio III. Æn. mira breuitate Troianum excidium expressit, nimirum, ***Et Campos, vbi Troia fuit***. Addo Menoch. de arbitr. cas. 598. lib. 2. cent. 6. Verum non dicuntur deliquisse Ciuitates, nisi fa-
3 cta †conuocatione consilij, congregatione, & deliberatione delictum admiserint. Mascard. de probat. cōclus. 1420. vbi id multis modis extendit. Quamobrem non tenebitur Ciuitas, si aliqui ex ciuibus deliquerint, immo nec si ipsi syndici, siuè administratores interfuerint delicto. Quod intelligendum in delicto, quod fit temporis momento, secus si successiuum sit. Mascard. d. concl. 1420. num. 16. Surd. cons. 28. num. 40. Fœnut. de moment. temp. cap. 10. num. 43. Menoch. d. cas. 598. num. 7. Losæ. de iure vniu. parte 4. cap. 1. num. 19. Sed quia aliqui dissentiunt ab hac opinione, ideo distinguit, vt eos conciliet Mascard. & latius distinguendo rem totam conatur cōplecti Farinac. d. quęst. 24. num. 131. Ego eam sequor opi-
4 nionem videlicet, Aut † vtilitas aliqua ex delicto peruenit ad vniuersitatem, aut nulla. Priore casu siuè delictum fuerit momentaneū, & statim consummatum, siuè successiuum, tenebitur Vniuersitas, tāquam illud ratum habuerit. Posteriore casu tenebitur, vbi fuerit successiuum, non vbi momentaneum; successiuum enim censetur approbare, si potuerit illi obuiam ire, non autem quod momento temporis, & vnico impetu ciuium fuit patratum. Et quod diximus ex delicto, et turbatione successiua particularium, præsumi approbationem vniuersitatis, procedit multo magis vbi agitur de cōmodo vniuersitatis, nam præsumitur dedisse mādatum possidendi si particulares diù possederint Mofot. Resp. 14. Et in summa eò omnia reducuntur, vt ex approbatione tacita, vel expressa, siuè ob vtilitatis perceptionem, siuè aliter teneatur, alias secus: successiuum autē facilius præsumetur approbasse, quam momentaneum.
5 Sic etiam nec pater † pro filio, nec dominus pro seruo tenetur, vbi delicta sunt momētanea: secus in successiuis, iuxtà ea, quæ supra dixi, & tradit Fœnut. de moment. temp. c. 10. num. 16. Solet etiam distingui inter delictum momentaneum, & successiuum, quando agitur de priuando domino feudi, qui tyrānicè se gerit, vt in delicto momentaneo non requiratur monitio, secus in successiuo. Quod non videtur probare Boss. in tit. De Princ. num. 56. & 59.
6 Illud hoc loco non omitto † ferè in vniuersa Italia vigere statuta, quibus cauetur, vt oppida, Castra, Villæ teneantur malefactores capere. Sunt autem hæc statuta ita accipienda, si modo id facere possint. Neq; enim semper possunt capi, puta si clam delictum sit patratum, vel magna cum armatorū, & sicariorum manu, vel si statim malefactores effugerunt, cum in confi-

nibus

nibus territoriorũ existerent. Bart. in l.j,§.occisorum, nu.2.ff. ad S. C. Syllan. Si igitur capi non possunt, non tenebitur Vniuersitas.Caball. resol. crimin. resol.287.num.53.& seq. quæ solum tunc tenetur,quando sciuit,& potuit obuiam ire delicto, vel capere malefactores. Farin.
7 d.quæst.24.num.134. Viget †Stat. Ticin. 66. in crim. de emendando dãno per vniuersitates, de quo Costa de Rem.subsid.rem.51.illat.51. Tort.ad d.Stat.Menoch.de arbitr. cas.345.Cost. de fact. scient.cent.2.
8 distinct. 88. † Statutis etiam compellimur ad ferendam opem vicinis. Menoch.de Arb.cas.222.num. 15. Caball. resol. crim.62.

S V M M Æ.

1 *Edicta de indicanda quantitate frumenti tempore caritatis annonæ.*
2 *Frumenta non indicantes intra tempus in edicto cõprehensum prætextu ignorantiæ se defendunt, vbi postea statim indicarunt.*
3 *Edictis post tempus præfinitum obtemperans incontinenti, excusatur.*
Ciues edictis compelluntur ad habitandum.
4 *Ciues edictis propositis compelluntur ad consilium accedere.*

C A P. II.

De his excusandis, qui post tempus in edictis præfinitum illis obtemperant.

QVI annonæ,& rei frumentarię præsunt, solent, maximè in caritate, ne abditis in locis frumentum recondatur, vel alio transferatur extra ditionem, fiatq; arctior annona, vt in l. vix certis 53. ff. de iud.ab ijs qui can. parum memores humanitatis & pietatis, flagellant, vt loquitur Plin. lib.33.
1 c.13. edicta siue † proclamata proponere, quibus omnes intra certũ tempus iubentur indicare quãtum frumenti in horreis habeant.
2 Qui intra tempus † præfinitum non indicant frumenta, solent se prætextu ignorantiæ ipsius edicti excusare, cuius maxima est coniectura, vbi statim die sequenti comparuerunt. iuxta l.diuus,ff.de restitut.in integrum latiss. Osasc.decis. Pedem.71.num.30. Si enim sciuissent proclamata, vtiq; illis in tempore obtemperassent. Caroc. de iuramento decisiuo 12. quæst. princ. num.8.& 13.

Idem dicẽdum in vniuersum de
3 illis edictis,quibus † præfinitur tẽpus ciuibus, & subditis ad aliquid faciendum, nã si incontinenti post tempus illis obtemperetur, nõ debet esse locus pœnæ,veluti si teneãtur Ciues intra certum tempus sub aliqua pœna se conferre ad habitãdum,de quibus edictis Cost. de Re integr.distinc.28. num.5.Caroc.d. quæst.12.num.10. vel si alia similia edicta promulgentur. Multo magis admittenda excusatio, vbi adhuc res esset integra. Non admit-
4 teretur† eodem modo excusatio Ciui non accedenti ad Consilium, nisi post illud finitum, & multo minus nonnisi die sequenti, cum res desierit esse integra. Vide eundem Caroc.d.quæst.12.num.13.

S V M M Æ.

1 *Aditio hæreditatis pro solutione est.*
2 *Aditione hæreditatis confunduntur actiones etiam momento duraturæ. Declara, num.3.*
3 *Inuentarium non conficiens, licet te-*

neatur ergà creditores, & legatarios, tamen potest deducere creditum suum respectu fideicõmissarij.

4 *Hæres creditum suum potest deducere, vbi facit restitutionem fideicommissario, licet non confecerit inuentarium.*

Hæreditas restituenda, qualis quantaque fuit ante aditionem.

CAP. III.

De creditore adeunte hæreditatem debitoris, & de confusione actionum.

1 ADITIO hęreditatis † quandoque pro solutione est, aliquando veluti solutio, vt quando creditor succedit debitori, fit enim confusio, & tollitur obligatio, ne idem sit debitor, & creditor, l. Vranius, ff. de fideiuss. l. Stichum §. aditio. ff. de solut. l. debitori, C. de pactis Rol. Vall. cons. 65. in princ. lib. 2. Quod procedit etiam quò ad fideiussionem, d. l. Vranius. Surd. cõs. 7. num. 20. & seq. Adrian. Negus. quęst. 348. nu. 16. Gaspar Schifordegherus in suis Quæst. iur. lib. 3. tract. 1. quæst. 1. vbi ait ideo aditionem pro solutione cedere, & pro cõfusione, quæ omnem tollit obligationẽ, quia bona defuncti fiunt hęredis, & præsumitur soluẽdo ea hęreditas, quæ hęredem inuenit, qui ideo aditione hęreditatis debitoris dicitur secum pensasse. Idem quęst. 2. & tract. 3. dic. lib. 3. plura tractat huc pertinentia.

2 Immò verò † confunduntur actiones, etiam si momento sint duraturę penès hæredem. Exemplum affertur in hęrede rogato alteri hęreditatem restituere, adhuc enim fit confusio actionum, siue potius obligationum. Ang. Im. Alex. in l. deducta. in princip. ff. ad Trebell. Dec. in d. l. debitori, num. 4. Vide Fœnut. de moment. c. 32. num. 16.

Verum communiter receptum est hanc confusionem, etiam non

3 † confecto inuentario nullius esse effectus, & momenti, cum facta restitutione fideicommissi resoluatur confusio, & reuiuiscant actiones, etenim licet non conficiens inuentarium teneatur erga creditores & legatarios, tamen potest deducere creditum suum respectu fideicommissarij. Et hanc sententiam latissimè probat Rol. Vallens. dicto consilio 65. num. 13. libro 2. Surd. dicto consilio 7. num. 23. & Curt. in d. l. debitori, ait in hærede adeunte ex S.C. Trebelliano remanere vniuersalem obligationem, tolerarique hanc repugnantiam, quia cogitur adire. Quidquid sit, siuè ex-

4 tinguantur actiones, & deinde, † facta restitutione reuiuiscat, siuè sint penes hæredem, sine effectu ante restitutionem, cum non possit quis aduersus se ipsum experiri, communis est opinio, in restitutione fideicommissario faciẽda hæredem creditum suum deducere, etiam si inuentarium non confecerit, & ità inanem esse confusionem secutam ob aditionem hæreditatis. Gaspar Schiford. dicto lib. 3. trac. 3. Quęst. 5. & 6. ait id contingere ea ratione, quia hæreditas est restituenda talis, qualis fuit ante aditionem, non qualis, quantaq; post eam. Vide Fabr. lib. 18. Coniect. cap. 19.

SVMMÆ.

1 *Appellatio permissa in criminalibus, nisi adsit periculum in mora.*

Appellatio in criminalibus, per statuta prohibetur.

2 *Appellatio an permittatur confesso, & conuicto.*

Con-

3 *Confeſſioni qualitas pōt adijci, etiā ex interuallo, vbi quis eā vult probare.*
4 *Appellatio non admittitur in ditione Med. in criminalibus.*
5 *Condemnati quando admittuntur ad nouas defenſiones.*

CAP. IIII.
De confeſſo, & conuicto, an appellet.

1 Appellatio permiſſa etiam † in criminalibus, niſi periculum ſit in mora. Farin. quæſt. 101. num. 82. licet vigeant ferè in vniuerſa Italia ſtatuta, & conſtitutiones, quibus prohibetur appellatio. Caball. reſol. crim. 208. & reſol. 288. num. 32. Quæritur, an eo caſu quo
2 permiſſa eſt appellatio † conuictus, & confeſſus admittatur ad appellandum, vbi adiecta eſt confeſſioni qualitas; Sane confeſſi, & conuicti non appellant. l. 2. C. Quorum appellat. non recip. quam legem in delictis quibuſcumque, & in cauſis pecuniarijs ſibi locum vendicare tradunt ibidem gloſ. Barr. & alij, Caball. reſol. crim. 110. num. 2. vbi ait verè confeſſos non appellare, licet ſecus ſit in fictè confitentibus. Vide Farin. quæſt. 11. num. 48. & quęſt. 101. num. 118. cum ſeq.

In propoſita quæſtione exiſtimo conuictum, & confeſſum admitti
3 ad appellandum † cum confeſſioni ſtatim adijcit qualitatem, non ex interuallo. Vinc. Franc. deciſ. 558. nu. 8. Poteſt. n. probare qualitatē, ex qua tollatur, vel minuatur pœna. Immo ētex interuallo pōt quis addere qualitatem confeſſioni ſuæ & eam probare. Vide quod ſcripſi
4 ſupra lib. 1. cap. 46. In hac † ditione Med. nō datur appellatio in criminalibus, ſed admittuntur con-
5 demnati ad nouas defenſiones † modo non ſint cōuicti, vt in tit. De acuſ. in fi. Solet aūt Senatus admittere ad nouas defenſiones cōdemnatos, licet ſint de facto cōuicti, vbi aliquid probare velint, qđ minuat pœnam. Puta conſtat aliquem effugiſſe è carcere. Poterit probare ſe effugiſſe ſine fractura, & his ſimilia ſe offerunt paſſim exempla.

SVMMÆ.

1 *Famuli quandoque petunt ſalarium, quod ſibi non debetur.*
Inſtrumenta non ſolent confici de ſolutionib⁹ ſalariorū, quæ fiūt famulis.
2 *Famuli quando non poſſint petere ſalaria, quæ diſtulerunt petere.*
Leges contra famulos non petentes ſtatim ſalaria.
3 *Iuramento Domini ſtādū circa ſolutionem ſalarij ex Statuto Med.*
4 *Operarij intra quod tempus petere debeant mercedē ex decreto Senatus.*

CAP. V.
De ſalario famulorum intra certum tempus petendo.

1 Improbi famuli, qui † alicui dño inſeruiuerūt, ſolent qñq; eo mortuo ſalarium iam ſolutū ſibi petere ab ijs, q̃ in ius alterius ſucceſſerunt, vel ēt viuente dño, vbi ſolutio ob tēporis longinquitatē probari non pōt, quæ fit ſingulis menſibus, neq; de ea confici ſolent inſtrumenta. Huic malo, & fraudibus, vt obuiā
2 eatur, prodita † ſunt nonnulla remedia, vigentq; leges in multis locis, quibus cauetur, vt niſi famuli, domo alicuius diſcedentes, ſtatim petierint ſalariū, nullā amplius eiuſdē petendi habeant facultatē, quaſi cenſeatur facta ſolutio illis nō petētibus, niſi poſt longū temporis ſpatiū. Hoc autem tempus certū iiſdē legibus ſolet p̄finiri, vt ſcripſit Rebuff. in cōſt. Reg. Gal. tom. 2. tit. De

fa-

Famul. Sal. & intra quæ tempora, vbi ait Constitutione illius Regni annum præfinitũ fuisse, à die, quo famulus dominum reliquit, vt in d. tit. gloss. 10. nisi tamen famulus dominum deseruerit, & statim reuersus fuerit, nam tunc annus ab eo die incipiet, quo nouissimè discessit, cum nõ videatur discessisse, qui statim rediјt, secus si post longum tempus rediјsset. Rebuff. d. gl. 10. num. 6. Plura de huiusmodi statutis inducentibus præscriptionem aduersus petitiones salariј, quæ fiũt per famulos congessit Surd. decis. 24. Giurba. decis. 13. Duennas reg. 306. Famulus. Statuto Med. 498.
3 tom. 2. standum est † Sacramento domini circa solutionem salariј, &
4 in aliјs operariјs † Senatus ob prędictas rationes restrinxit tempus trienniј, vel anni ad tres menses, vt apparet ex decreto anni 1549 diei 28. Martiј. Carpan. ad d. Stat. 498. num. 20. & 21.

SVMMAE.

1 Conuentio de transferẽdis bonis vnius post mortem in alios non valet.
Rationes quæ.
2 Conuentio inducens votum captandæ mortis, & auferens liberam facultatem testandi non valet.
3 Hæreditas pacto dari non potest.
4 Adquirendi modi inter viuos, & in vltimis voluntatibus sunt distincti.
5 Succedendi modi.
6 Testamenta formulis, & solemnitatibus fiunt.
7 In conuentione de transferendis bonis vnius in alios post mortem, plurimum refert, an obligatio statim vires obtineat, an vero in vim obuentionis post mortem valeat.
8 Casus tres examinantur circa conuentionem prædictam, & num. seq.
Conuentio de tota hæreditate post mortem in alium transferenda non valet, & quomodo id procedat, & nu. seq.
9 Conuentio de quota hæreditatis, an valeat.
Opinio auctoris.
10 Conuentio de certis bonis valet. Senatus Mediolani approbat huiusmodi conuentionem.
Opinio auctoris.
11 Solemnitates requisitæ per No. Const. Med. in donationibus, an requirantur in pacto de succedendo.
De pacto accessorio ad venditionem idem iudicandum, quod de venditione.
Principaliter actũ semper spectatur.
Pacta pars vẽditionis, cui adiсiũtur.
Donatione sit, an venditio, ex quibus colligatur.
12 Senatus Mediolani Sententia.
13 Actio præscriptis verbis quãdo detur.

CAP. VI.

De conuentione succedendi post mortem, & de pactis adiectis incontinenti venditioni.

1 Celebris est quæstio. An valeat conuentio, qua bona † vnius in alios post mortem transferãtur. Et in vniuersum traditum est, non valere. l. hæreditas. vbi Doct. C. de pactis conuentis in l. licet C. de pactis Huius traditionis prima ratio
2 est, quia huiusmodi † conuentio inducit votum captandæ mortis; Secunda, quia aufert liberam testan-
3 di facultatem. Tertia, quia † hæreditas pacto nõ potest dari. Hond. conf. 40. num. 34. libro 1. l. fin. C. de pact. l. pactum dotali C. de collat. l. stipulatio hoc modo concepta, ff.

de

de verb. oblig. l. ex eo. C. de inut. ſtip. Addit aliam rationē Menoch. conſ.1028.num.8.& num.12.verſ. Sicuti reſpondendo, quod videlicet
4 diſtincti fuerint modi † & formæ contrahendi, & adquirendi inter viuos à modis & formis contrahēdi, & adquirendi in vltimis voluntatibus. Succeditur enim vel iu-
5 re † ſanguinis, vel vi, & poteſtate ſolemnis vltimæ voluntatis, vel per leges xij. tab. vel ab inteſtato, l.j.ff.de petit. hęred. l. Codicillis §. fin.ff.de leg.2. Iac.Thoming.deciſ. 57.num.13. Non debemus eos modos confundere, & promiſcuè illis vti, quia neque conuenit legibus, neque fieri poteſt ſine legibus, Ant. Fab.de error, Prag. Decad.14.err. 5. Quæ ratio videtur eadem cum tertia, niſi quod latius eam declarat, vel illius rationis tationem ſub
6 nectit, & extenſionē inducit † Theſ. deciſ. 225.num. 2. ait cum multis formulis, & ſolemnitatibus fieri debeant teſtamenta, quibus hæreditates dantur, non eſſe permittendum, vt pacto de tota ſubſtantia diſponatur.

In illis igitur ſpeciebus, in quibus ceſſabunt prædictæ rationes, ceſſabit etiam prædicta traditio. Hond.d. conſ.40.num.34.lib.1.

Plures caſus conſtituunt Doct.& præſertim Peregr. de fideicom.art. 51. num.25. Menoch. conſ.794. & d.conſ.1028.

Verùm quoniam plurimum referre exiſtimatur, an obligatio ſta-
7 tim † ſuum robur obtineat, & fundata ſit in perſona promittētis ſub conditione extitura poſt eius mortem, vt eius effectus, & executio incipiat ab hærede, an verò ipſa obligatio non ſtatim incipiat, ſed poſt mortē vires ſumat in vim obuentionis Bart. in d.conſ.212. Adr. Neguſant. quæſt.275.num.13. Ideò præcipuos caſus in hac materia volui ſubnectere.

8 Primus eſt, quando † agitur de tota hæreditate, & tunc receptum eſt conuentionem non valere. Peregr. d.art.51.num.25. Verum ex Menoch. d. conſ.794. num.3. & 4. diſtinguitur, vt ſi promiſsionis & conuentionis fundamentum conſiſtat in perſona promittentis, tunc valeat licet dilata ſit executio poſt mortem, l.j.C.vt action. ab hæred. veluti ſi ità concepta ſint verba promiſsionis, videlicet. Promitto tibi bona mea, vel hæreditatem meam poſt mortem meam, ſecus autē eſſe, quādo verba promiſsionis nō ſunt fundata in perſona promittentis, ſed ſignificant ipſam bonorum ſeu hæreditatis obuentionem ex interuallo videlicet poſt mortem, veluti iuxta exemplum Bart. d. conſ.212. Promitto tibi, & tu mihi, vt præmorientis ſine liberis res, bona, vel hæreditas ſint ſuperſtitis.

Secundus eſt caſus, quando agi-
9 tur de quota † hæreditatis, & idem cenſet Peregr. quod in ſuperiore, licet hoc caſu non cēſeatur adempta facultas teſtādi, & Menoch. eadem vtitur diſtinctione, vt non valeat pactum, vbi agitur de obuentione, ſecus vbi ſtatim fundata fuit obligatio, & promiſsio, & vires obtinuit, licet ſit differenda poſt mortē.

Verū mihi videtur verbalis prædicta diſtinctio, an videlicet vno, vel altero modo concipiantur verba promiſsionis, an ſtatim valeat, & differatur executio, an verò incipere debeat ab hęrede, cum etiam, hac admiſſa diſtinctione, facilè eludi poſſe videantur prædictæ rationes. Oſaſc. deciſ.100.num.26. Paul.

Ac-

Æmil. Gall. De except. ab inteſt. & ex teſt. tit. 4. except. 12. ſeu 6. part. 2. num. 202. & 203.

Tertius eſt caſus, quando cõuen-
10 tio inita fuit de † certis bonis, &
eam non valere multis rationibus,
& auctoritatibus probat Menoch.
d. conſ. 1028. num. 6. & ſeq. vbi nimirum verba ſignificant obuentionem.

Contrariam ſententiam ſequitur Pereg. art. 51. nu. 30. neq; ab ea videtur diſſentire Thoming. d. deciſ. 57. num. 5. 12. & 18. Hond. latè eãdem comprobat d. conſ. 40. num. 31. ceſſant enim rationes omnes ſuprà conſideratę etiã per ipſum Menoch. etenim cum agatur de certis bonis, neque aufertur libera facultas teſtandi, neque hæreditas dicitur dari pacto neque cõfunduntur modi adquirendi, cùm illi reſpectu hæreditatis ſint diſtincti, neq; hic agatur de adquiſitione hęreditatis, ſed de certis bonis, Barz. deciſ. Bonon. 14. num. 2. Menoch. conſ. 1. nu. 150. neq; votum captandæ mortis improbum inducatur conſentiente eo, cuius ſunt bona, & de cuius hæreditate agitur. Menoch. d. conſ. 1. num. 164. Surd. conſ. 355. nu. 10. Hanc opinionem ſecutus Senatus anno 1609. approbauit conuentionem reciprocam inter DD. Beccarias Ticinenſes, licet eam ad æqualitatem reduxerit. Eamdem probauit Theſ. deciſ. 225. Dec. conſil. 225. num. 4. Campeg. de dote part. 5. quæſt. 79. Rimin. iun. conſ. 580. num. 59. & 60. Surd. conſ. 348. nu. 5. conſ. 247. num. 4.

Et hãc ego omninò amplecterer, niſi ageretur de omnibus bonis, tũc enim vigerent prædictæ rationes, ſucceſſioque & obuentio comprehenderetur. Vide Marcobrun. conſ. 6. num. 31. Hond. d. cõſ. 40. num. 55. Thoming. d. deciſ. 57. Gabriel conſ. 137. nu. 6. & ſequent. libro 1.

Hanc pariter opinionem ſecutus fuit Senatus die 5. Iunij anni 1620. referente Ampliſs. Senatore Trotto, in cauſa illorum de Valentis, in qua præterea inter cęteros articulos ille fuit examinatus, An requirerentur in pacto de ſuccedendo ſolemnitates requiſitæ in donationibus in tit. Nou. Conſtit. De donationibus.

Et videbatur dicendum requiri, cum pactum non eſſet reciprocum iuxta tradita per Peregr. De fideicõm. art. 51. num. 61. & ob verba generalia dictarum Conſt. de quibus ſupra lib. 1. cap. 96.

Verum reſponſum fuit Peregr. loqui eo caſu, quo pactũ per ſe ſtat, neque alteri contractui eſt acceſſorium, & illius contemplatione initum. Sed vbi agitur de pacto acceſſorio, & correſpectiuo ad venditionem, tunc idem iudicandum, quod de ipſa venditione. Spectamus. n. ſemper quod principaliter actum fuit inter contrahentes, & pacta adiecta emptioni, & vẽditioni ſunt tamquam illius pars cẽſenda l. fundi partem, ff. de cõtrahenda empt. & venditione. Mantic. De tacit. & ambig. conuent. libro 4. tit. 25. In hanc ſentẽtiam allegari poteſt Didac. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 4. nu. 7. l. ſiquis donationis, ff. de cõtr. empt. l. ſi ſpõſus §. circa. ff. de donat. inter virum & vxorem. Doct. in l. Ariſto. ff. de dona. in l. 1. ff. de rerum permut. Cũ igitur in prædicta cauſa appareret præcipuè partes habuiſſe animum emendi, & vendendi, pactum ſucceſſionis fuiſſe acceſſorium, & correſpectiuum non ſolum

lum ex eo, quod incontinenti, & in eodem instrumento eſſet adiectũ iuxta ea quę ſcripſi lib.1.d. cap. 96. Andr. de Floret. in ſua Apolog. nu.611. cum ſeq. Sed etiam ex mẽte clara ipſorum contrahentium, ob verba illa conuentioni inſerta videlicet. Sub tamen pactis, modis, formis, & conditionibus, de quibus, & prout infra, quo caſu etiam ſi pacta non ſe compatiantur cum venditione, dicũtur correſpectiua. Menoch. De Præſumpt. lib.6. pręſumpt. 12. in fine, ideo cenſuit Se-
12 natus † non fuiſſe neceſſarias ſolemnitates in donationibus requiſitas.

Accedat prædictis, nã datur hoc caſu actio ex empto iuxta ea quæ tradit Mantic. De Tacit. & ambig. Conuent. lib.4. tit.25. l. tenetur §.1. ff. de action. empt. iuxta d. l. fundi partem, & l. cum te. C. de pact. inter empt. & vend.

Neque obſtat, quòd immò detur actio præſcriptis verbis. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. quia reſpondetur ibi dari vtramque, vt declarat Mantic. De Tacit. & ambig. Conuent. lib.4. tit.32. & præterea licet daretur actio præſcriptis verbis, tamen non ſequeretur eſſe do-
13 nationem, cum † actio præſcriptis verbis detur in contractibus innominatis. Latè autem tractaui in tit. de oblig. num. 195. an actio detur ex contractu, an præſcriptis verbis, vbi pactum adijcitur contractui. Andr. Fachin. lib.2. cap. 98.

SVMMAE.

1 *Magiſtratibus ſummus tribuendus honos.*

2 *Magiſtratum qui lædunt, grauiter puniendi.*

3 *Magiſtratus lædentes atrociſſimũ crimen dicuntur committere, excipiunturque à criminum abolitionibus.*

4 *Officialem offendere an dicatur, qui iã functum officio, vel magiſtratu offendit. Diſtingue & num. ſeq.*

5 *Priuilegium idem an concedatur ijs, qui iam obtinuerunt aliquam dignitatem, quod conceditur obtinentibus.*

6 *Dignitatis priſtinæ reliquia remanent.*

Declara.

7 *Opinio Auctoris.*

CAP. VII.

De offendentibus officiales etiam finito officio.

1 MAgiſtratibus † ſummus tribuẽdus honos, qui tãquam Reipubl. clauo nocte dieq; maxima cura adſidentes, illius tractant gubernacula. l. ſemper. ff. de iure immunit. Quamobrem graui ſce-
2 lere † ſe obſtringit, & proinde grauiter puniendus, qui magiſtratum lædit. l. Prætor edixit, §. vlt. ff. de iniurijs. Menoch. de Arbitr. caſ.263. Farinac. quæſt. 17. num. 37. Maſtrill. ad indult. gener. cap. 36. in
3 princip. Solent † offendentes Magiſtratus, & officiales excipi ab ipſis criminum abolitionibus, recenſenturq; hæc delicta inter atrociſſima, quorum gratia fieri non ſolet, vt tradit loco citato Maſtrill.
4 Quæſtio eſt, An quod dicitur † de officiali procedat etiam in eo, qui deſijt eſſe officialis. Diſtinguo. Aut loquimur de eo, qui veluti ignominioſa miſſione ab officio eſt remotus, & hunc crediderim non debere aliquo priſtinæ dignitatis honore, vel commodo frui. iuxta

tradita per Franc. decis. 403. aut de illo agimus, qui sponte se à munere abdicauit, cuiusvè officium finitum est, & tunc aut offensus fuit tpe, quo stabat sub syndicatu, & perinde est, ac si durãte Magistratu fuisset offensus, vt ex sententia Bald. & Paridis de Puteo tradit Francus d. decis. 403. in princ. Menoch. d. cas. 263. num. 10. vbi tamen tenet puniendum esse hunc offendentẽ officialem in syndicatu pœna extraordinem, vbi non offendit contemplatione officij. Sed communis est cum Franco Caball. resol. crimin. 111. Mastrill. d. c. 36. num. 9. Aut non stabat sub syndicatu, & rursus distinguẽdum, nam aut fuit offensus intra illud modicum tempus, quod datur magistratibus finito officio, & syndicatu ad componendas sarcinulas, & pariter receptum est eodem pacto puniendum hunc offendentem, quo esset puniẽdus officialem offendẽs, neq; debere frui beneficio indulti. Frãc. d. decis. 403. num. 1. Caball. d. resol. 111. in fine. Mastril. d. cap. 36. num. 10. Aut intercessit tẽporis aliquod internallum inter finitum officium & syndicatum, & offensam, & anceps est quæstio inter Doctor. vt videre est apud iam citatos; nam Alberic. in l. ordine ff. de public. iud. existimat ea quæ dicuntur de offendente officialem, procedere etiam in eo, qui offendit officialem finito officio, nã remanent reliquiæ prioris dignitatis. l. fin. ff. de Decur. l. pen. C eod. lib. 10. l. frustra. C. de senten. pass. l. si quis in graui §. de his quoque. ff. ad ad S. C. Sillan. iunctis alijs legibus allegatis per Franc. d. decis. 403.
5 num. 3. ex quibus colligitur † idem priuilegium concedi ijs, qui dignitatem iam obtinuerunt, quo decorantur eam obtinentes.

Verùm prædicta tolluntur primo, quia procedunt in officijs habentibus annexam dignitatem. Franc. d. decis. 403. num. 7.

Secundo procedũt fauore illius, qui se magistratu abdicauit, nam debet illi idem honor exhiberi, nõ autem in odium alicuius, & damnum sibi locum vendicabunt.

Tertiò illæ leges procedunt in alijs speciebus, in quibus id fuit receptum iure singulari, quod non debet trahi ad cõsequẽtias, Franc. ibidem Caball. dicta resol. 111. nu.
6 3. & licet † remaneant reliquiæ aliquę prioris dignitatis, tamen non debet idem de illis iudicari, ac de ipsis officialibus.

Cõtraria opinio, quę fuit Romani cõter recipit Cabal. d. resol. 111.

Primò ob vulgatam reg. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. Nec dicatur finito officio adhuc esse officialem, quia id repugnat ipsi veritati, aliud est enim esse officialem, aliud eo munere iam functum fuisse, argum. l. si verò. ff. sol. matrim. maximè cum indultum in casibus exceptis dicatur odiosum. Franc. d. decis. 403. num. 11.

Secundò facit tex. in cap. 1. in fi. De vassall. qui contra Const. Loth. qui textus licet in contrarium reflectatur, tamen hanc opinionẽ optimè probat Franc. & Caball. locis citatis.

Et vt alia omittam argumenta, quæ penès Doct. viderij possunt.
7 † Ego in hâc postremam opinionẽ inclino, nisi tamen appareret contemplatione officij fuisse secutam offensionem. Mastrill. d. cap. 36. nu. 10. qui tamen videtur hac in re dubitare.

SMM-

SVMMAE.

1 Creditores exigunt ſatisdationem ab hærede, ſi eum putant eſſe ſuſpectũ.
2 Hæres quando dicatur ſuſpectus.
Tutorem quid ſuſpectum reddat. l. ſi creditores. ff. de priuileg. cred. expoſitio, & lectio.
3 Creditores poſt multum temporis non poſſunt poſtulare hæredem ſuſpectũ.

CAP. VIII.

De hærede, quem creditores ſuſpectum poſtulant.

1 POſſunt creditores † ſatiſdationem ab hærede exigere, ſi exiſtimauerint eum eſſe ſuſpectum. Verum nõ ſtatim erit ſubijciendus neceſſitati ſatiſdationis, ſed cauſa cognita per Prætorem, vbi cenſuerit proſpiciendum eſſe illis, qui eũ ſuſpectum poſtulauerint, non tamẽ
2 ijdem † modis hæres, quibus tutor ſuſpectus æſtimatur. Tutorem.n. non facultates, ideſt, quod illis ſit defectus, ſed fraudulenta; & callida cõuerſatio in rebus pupillaribus ſuſpectum reddunt, hæredem autẽ facultates ſolę. Planè in recenti aditæ hæreditatis audiendi erunt, qui ſuſpectũ poſtulant, l. ſi creditores. ff. de priuileg. cred. ideſt cum primũ, aut eo momento, quo adita eſt hęreditas, ſic enim accipiuntur illa verba. In recenti aditæ hæreditatis, in d. l. ſi creditores, licet alij legant incontinenti pro eo, quod eſt ſtatim ab adita hæreditate. Franc. Onez. in ſuis obſeru. cap. 70. in ver-
3 bo incontinenti. Cœterum † poſt multum temporis non poſſunt creditores poſtulare hęredem ſuſpectũ, eumq; ad ſatiſdationis neceſſitatem compellere, vbi nimirum paſſi ſunt eum in hæreditate morari, nec poſſunt obijcere, eumdem doloſè in ea eſſe verſatum, d. l. ſi creditores. Hoc autẽ tempus intelligitur quinque annorum. l. 1. §. quod dicitur. ff. de ſeparat. vt tradit Accurſ. in d. l. ſi creditores, vel cum d. §. quod dicitur loquatur in alia ſpecie, nimirũ in materia ſeparationis, relinquitur interuallum hoc temporis arbitrio iudicis. Accur. in d. l. ſi creditores. ſi enim illud temporis interuallum accipi deberet de quinquẽnio, non conuenirent verba illa, In recenti aditæ hęreditatis.

SVMMAE.

1 Contractus ſit ne emptio, & venditio, an conductio, & locatio ſæpè dubitatur.
2 Vectigalia conducens à Principe, an ſit conductor, an emptor.
3 In locatione ſolet fieri remiſſio, non in venditione.
Vis maior quæ.
Locatio proxima venditioni.
4 Remiſſio quare fiat in locatione, non in venditione.
In venditione res ſtatim in emptorem tranſit, vt ibi ſit perpetuo.
Domino res perit.
Venditione perfecta periculum pertinet ad emptorem.
5 Locationis contractus habet effectum ſucceſſiuum, & dominium res locata remanet penes locatorem.
Remiſſio in locatione, quam ob læſionem fiat.
6 Remiſſio in venditione quando fiat.

CAP. VIIII.

De diſcrimine inter emptionem, & cõductionẽ quo ad remiſſionem faciendã.

1 IN diſceptationem † ſæpè venit An contractus aliquis initus, ſit emptio, & venditio, an vero loca-

tio,& conductio,veluti quãdo acci-
2 pit † quis vectigalia à Principe. Mantic. de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 19. num. 59. Surd. decis. 326.

3 Vtilitas in eo versatur † nã in locatione solet fieri remissio mercedis, secus est in vẽditione. l. 1. & passim. C. de peric. & comm. re vẽd. l. si merces §. vis maior ff. loc. Bud. in l. ex cõduct. §. si vis. ff. eod. vbi explicat, q̃ nã dicatur vis maior, & præsertim, pag. 238. l. licet C. eod. latè Bart. & alij in l. cotẽ ferro. §. qui maximos. ff. de public. & in quæst. 4. incipiente Publicanus quidam lib. 1. Mantic. & Surd. locis citatis. Fœnut. de moment. cap. 10. num. 34. cum alioquin locatio sit proxima venditioni ijsdemq; iuris regulis consistat. §. 1. in Inst. De locat. Connan. lib. 7. iur. ciuil. cap. 11. num. 2.

Huius discriminis plures afferuntur rationes Bart. in d. quæst. 4.

4 Ea huc † pertinet, quod videlicet contractus emptionis, & venditionis momento explicetur, atque adeò dominium rei venditæ statim à venditore in emptorem, vt apud eum perpetuò sit, transeat, ad quem tamquam ad dominum rei periculum pertineat, res enim perit domino. l. necessariò. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 1. C. eodem. Doct. in l. quæ fortuitis. C. de pign. action. §. cum autem in Instit. De empt. & vendit. vel res perit emptori, non tamquam domino, sed tanquam creditori certę speciei. l. si ex legati 23. ff. de verb. obligat. vel quia natura emptionis est, vt res, & ius transeant in emptorem irreuocabiliter. Cuman. in d. §. qui maximos, num. 3.

Quamobrem statim, ac est perfecta venditio, periculum pertinet ad emptorem. Conn. d. lib. 7. cap. 10. vide Duar. De peric. & com. rei
5 vend. At locationis † contractus licet momento expediatur, eius tamen effectus est successiuus, & dominium rei locatæ remanet penes locatorem, qui ideo tenetur successiuam rei locatę patientiam præstare. Fœnut. de moment. cap. 10. nu. 35. Non fit autem remissio iuxta cõmunem Doctorum sententiam, nisi damnum contineat lęsionem in dimidia pensionis. Boss. in princip. tit. De remiss. cond. Menoch. De Arbitr. cas. 76. Surd cons. 383. num. 3. Morot. resp. 76. num. 8. Arbitrio autem iudicis illud relinquitur, qualis, & quanta debeat fieri remissio. Menoch. De Arbitr. cas. 77. in fine. Caroc. De locat. part. 4. quæst. 8. nu. 105. tit. De remiss. mercedis.

6 Verum quandoq; † etiam in venditione fit remissio, vt in venditione fructuum iuxta distinctionem Bart. in d. quæst. 4. & in d. l. cotem. §. qui maximos. Mantic. De Tacit. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 18. num. 15. cum pluribus seq. Bald. cons. 393. vol. 4. Surd. d. decis. 326. siue dixerimus eam esse locationem potius, quàm venditionem, siue venditionem fructuum, neq; enim agitur in eo contractu de trãsferendo dominio vel iure perpetuo in alterum, sed solum de facultate exigendi, & ita de præstanda patientia successiua, eritque idcirco locus remissioni, Cuman. in d. §. qui maximos Surd. d. decis. 326.

SVMMAE.

1 *Dilationes anni et quãdoq; quinquẽnij solẽt à Principe cõcedi debitoribus. Ratio qua.*

2 *Dilationis littera concessa debitoribus non praiudicant futuris creditoribus.*

bus. Declara.

3 *Huiuſmodi litteræ non præiudicant vẽditori mercium extero, vel rerum ad victum pertinentium.*

4 *Dilationis littera non proſunt doloſo debitori.*

5 *Dilationes non ſolum conceduntur debitoribus, ſed etiam abſfuturis. Declara.*

6 *Dilationes debitoribus quomodo concedat Senatus & in quibus caſibus eas deneget.*

7 *Dilatione pendente, an currant vſuræ.*

8 *Pactum redimendi ſolet per Senatum prorogari, & quomodo. Et an computanda tempora ſuſpenſionum in termino prorogato.*

CAP. X.

De dilationibus moratorijs.

1 Dilationes moratoriæ anni, † & quandoque quinquennij ſolent à Principe debitoribus concedi iuſtam aliquam ob cauſam, nimirũ ſi debitores aliquod damnum paſſi fuerint, propter quod ſoluere non poſſint. Rebuff. in tract. De litt. dilat. art. 1. gloſſ. 1. nu. 51. & 67. Extat ordo Senatus Excellentiſſimi Med. anni 1556. die 13. Iulij de ſaluoconductu quinquennali, quo cauetur, vt iterum non debeat impetrari.

Ratio harum dilationum eſt, nã iuxta vulgatam regulam, quod differtur non aufertur, neque magnũ damnum afferre ſolet, modici temporis mora. l. ſi debitori. ff. de iud. Rebuff. d. tract. art. 1. gloſ. 1. num. 6. & in præfat. De reſcript. num. 74. latiſſimè agit de huiuſmodi dilationibus. Graſſ. de except. cap. 32. nu. 12. Maſtrill. deciſ. 16.

Non præiudicant tamen huiuſ-
2 modi † litteræ futuris creditoribus, niſi tamẽ ſtatim, ideſt poſt præſentationem ante datas litteras alienã fidem ſint ſecuti. Rebuff. d. gloſſ. vnica, num. 18.

3 Item non † proſunt emptori mercium ab extero mercatore, eo enim animo cenſentur emptæ, vt incontinenti illi ſatisfiat, cum ſtatim ſit diſceſſurus. Rebuff. d. gloſſ. vnica, num. 35. & num. 45. vbi ſubijcit idẽ eſſe dicendum in emptore rerũ, quę ad victum pertinent, vt vini, piſcium, & ſimilium eſus gratia. l. in omnibus. ff. de iudic.

4 Nec proſunt † doloſo debitori, & is qui dicit vendidiſſe, debet probare poſt impetrationẽ vel ſtatim ante, arg. eorum quæ dixi lib. 1. c. 104. num. 6. gloſſ. in §. tutor. De auctor. tut. Doct. in l. j. C. de iure fiſc. lib. 10. Rebuff. d. gloſſ. 1. num. 67.

5 Neque verò † ſolum dilationes conceduntur debitoribus, ſed etiam litigatoribus abſfuturis cauſa militiæ, vel alicuius legationis litteræ à Principe conceduntur, quæ ſtatus dicuntur, ex eo nimirum, quod in lite iam mota veluti iuſtitium cenſeatur indictum, cauſáq; debeat in eodem ſtatu permanere, in quo tũc reperitur. Conceduntur autem ſtatim abſfuturis, & qui ſe conferunt ad profectionẽ. Rebuff. dicto tract. gloſſ. 2. & 4. Quibus tamen litteris non debet differri ſententia ſtatim ferenda, neque illis erit locus in caſibus, qui prouiſionales dicuntur, in quibus mora periculum eſt allatura, de quibus dixi lib. 1. cap. 32. Et hoc lib. ſecundo, cap. 64. De ſententia prouiſionali. Rebuff. d. tract. de litt. dilat. art. 2. gloſſ. vnica.

6 Solet Senatus † nunc iuxta ordines 1616. diei 11. Augusti ob debita particularia concedere debitoribus dilationem menſis ex formula, vſq; ad quantitatem librarum trecentũ.

Vltra

Vltrà eam summam audiendus est creditor, cui intimari debent preces, cum supersedentia decem, vel viginti dierum. Excipiuntur nonnulli casus, in quibus prohibitę sunt moratoriæ, veluti fictorum simplicium, censuum, interusurij pretij bonorum immobilium venditorum, alimentorum, salariorum quorumcumque etiam ob sententias iudicum, vt declarauit Senatus anno 1621. die octaua Martij, litterarum cambij, onerum, depositi realis; nã in istis casibus inter partes censetur actum, vt incontinenti fiat solutio. Verùm in istis etiam quandoque ex æquitate solet concedi breue tempus ad parandas pecunias.

7 Quæstio autem † celebris est, an currant vsuræ pendente dilatione. Et recepta est distinctio Salic. in l. quoties, num. 3. C. de precib. Imper. offer. videlicet. aut est expressum in dilatione, & currunt vsurę, aut non est expressũ. Et tunc, aut ante currebant, & Principis vel Senatus rescriptum non debet afferre damnũ creditori, aut non currebant, & nõ debent incipere à die dilationis Mastrill. d. decis. 16. num. 4. Senatus in concessione dilationis solet addere, vt præstetur fideiussio de soluendis damnis expensis, & interesse legitimis. Cœterum vbi à parte conceditur dilatio, ibi non est mora soluendi, & consecutiuè nõ debentur vsuræ. Vide Gratian. lib. 2. Discept. Forens.

8 † cap. 243. nu. 34. Consueuit et Senatus prorogare pactum redimẽdi primo per annum, deinde probatis infortunijs per sex menses, Idq; ex formula, licet adsit conuentio contraria. Verum quoniam pendente controuersia inter partes per mutuas preces, an videlicet sit prorogandum nec ne, solet decernere Senatus, vt tempus interim stet in suspenso per dies decem, vel quindecim, & quidem pluries; ideo quæsitũ fuit, An facta concessione annivel semestris, tempus illud suspẽsionum sit computandũ in termino concesso ad redimendum, an debeat subduci; Et placuit esse subducendum referente amplissimo Senatore Cattaneo die 19. Martij 1621.

SVMMÆ.

1 *Principes præmia solent proponere interficientibus, capientibus, et indicantibus bannitos, & facinorosos homines.*

E re pub. est facinorosos homines deleri.

2 *Banniti alios interficientes liberantur edictis Principum.*

3 *Edictum liberandi bannitos non pertinet ad futura delicta.*

4 *Abolitio criminum non comprehendit futura.*

Ratio quæ.

Impunitatis spe, nõ debent homines inuitari ad delinquẽdũ. Maximũ est incentiuũ peccandi spes impunitatis.

5 *Bannitus an possit liberari ob edictum indistinctè liberationem concedens, si post edictum deliquerit, & num. seq.*

6 *Lex vbi in præteritum quid indulget, in futurum vetat.*

7 *Edicta an, & quando ad futura delicta extendantur, vbi concedunt liberationem delinquentibus.*

8 *Senatus decreta, & num. 9.*

Edicta circa liberationem bannitorum non extenduntur ad delicta futura.

Amplia, num. 9.

9 *Abolitione criminum non possunt vti, qui delinquere festinarunt ob proximam promulgationem indulti.*

Declara.

Bolo-

Bolognets opinio reiecta.

10 *Saluuſcondustus non comprehendit delicta futura.*

Saluuſconductus beneficium amittit, delinquens post illum impetratum.

Declara.

11 *Saluumconductum præſumitur quis animo delinquendi impetrauiſſe, qui ſtatim deliquit.*

C A P. X I.

De edictis Principum loco præmij liberationem exulis concedentium, an ad futura delicta pertineant.

1 PRincipes edictis † ſuis ſolent præmia proponere interficientibus, capientibus, & indicantibus exules, & facinoroſos homines, quos è Repub. eſt, omninò, & quouis modo deleri, & ideo ſacri dicuntur banniti, id eſt ſceleſti, & execrãdi, impuneque occidi poſſunt, latè Borell. De edict. magiſtr. lib. 3. cap. 6. Theſ. lib. 3. Quæſt. Forenſ. cap. 20. Coſt. de re integr. diſt. 48. Caball. reſol. crim. 297. Inter cætera illud proponi ſolet præmium, vt alij exules

2 † poſſint liberari, modo deliquerint ante promulgatum edictũ. Etenim

3 ad futura † delicta non debet pertinere edictum, vt dicitur, etiam de

4 abolitione † criminum, l. 2. C. de gen. abolir. Ratio eſt, quia ſpe obtinendæ impunitatis, inuitarentur homines ad delinquendum, & licet delicta præterita remittantur, non tamen futura debent remitti. l. ſi vnus §. illud. vbi Doctor. ff. de pactis, Clar. in §. fin. quæſt. 59. num. 95. Camill. Borell. De Cat. Reg. Præſt. cap. 38. num. 11. Cicero in orat. Pro Milone ait. *Nemo enim ignorat maximam allecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem.*

5 In nonnullis † tamen edictis Principis indiſtinctè, non exceptis delictis futuris, permittitur liberatio exulis, ſiue banniti loco præmij, modo ſit ex caſibus, qui dicuntur gratiabiles. Quamobrem dubitatum fuit in Senatu, an eo caſu liberatio deberet extendi ad delicta etiam futura; Veluti in edictis promulgatis contra fraudatores Annonæ, & cõtra deſertores militiæ.

Et cum Princeps, qui ſolitus eſt reſtringere alia edicta ad ſcelera pterita, ſimpliciter in iſtis locutus eſſet, videbatur dicendum indiſtinctè, & generaliter prædicta edicta, eſſe accipienda ob vulgatas regulas. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt. l. Vnicæ. ſin autem. C. de caducit. tollend. iuncta leg. cum lex. ff. de legibus, vbi ait Iuriſconſ. cũ lex in præ-

6 teritum † quid indulget, in futurũ vetat, ſed in dictis edictis in præteritum non indulget Princeps, lex animata, ſed ſimpliciter loquitur, ergo non vetabit in præteritum.

Accedebat ad prædictorum confirmationem, nam liberatio bannitorum in prædictis proclamatis cõcedebatur ex caſibus gratiabilibus, qui ſolent ſine præmeditatione cõtingere. ceſſare igitur videbatur allegata ratio. d. l. 2.

Tandem facere videbatur diſtinctio Bologn. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, num. 241. quam refert Farinac. quæſt. 6. num. 57. & quæſt. 103. num. 342. Videlicet, Aut

7 edicta fiunt † ob actum & cauſam, quæ perpetuum tractum nõ habet, vt ob publicam lętitiam, & tunc nõ fit extenſio ad delicta futura. Aut agitur de cauſa ſucceſſiua, & perpetua, veluti de bannitis internecione delendis, & tunc ſecus eſt.

8 Verum Senatus † die xv. Febr. anni 1629. me referente, vt videre eſt apud

apud Egr. Secret. Landrianum, incontrariam inclinauit sententiam, perpetuoq; decreto sanxit, vt edicta non extendantur ad delicta post eorum promulgationem patrata, ideoq; censeri semper exceptionem illam, & clausulam adiectam, nimirum, Modo delicta postea non sint commissa. Viget enim semper ratio supra allegata, de qua in d.l.omnes populi, in d.l.cum lex, & in d.l.2. Quæ ratio contraria labefactat, vt videre est apud Mastrill.in quê postea incidi latissimè hac de re tractãtem in cōment.ad indult. gen. cap.
9 6. Immo † nec debent vti beneficio indulti, qui delinquere festinarunt, ob proximam promulgationem indulti. Vide quod scripsi, lib.1. cap. 12.num.9. Quod alijs exemplis cōprobatur per Mastrill. ex quibus apparet non esse eum ferendum, qui spe impunitatis delinquit, & num. 12. ibidem ait reiectam fuisse opinionem Bologn. de qua supra. Prædicta sentētia adeo placuit Senatui, vt die 18. Ianuarij 1621. censuerit, nec posse delinquentem post edictũ liberari, licet Princeps ex mera benignitate, & munificentia concesserit alicui præmium liberationis bãniti, eamque concessionem post edictum promulgatum fecerit, & post delictum patratum ab eo, qui proponebatur liberandus: vt videre est in Actis egr. Secretarij Sacci. Verũ die 25. Augusti anni 1621. declarauit posse frui beneficio vltimi cuiusdam proclamatis editi contra infestantes licet delictum patratum esset à liberando post primum procla
10 ma. Sic etiam † saluusconductus, siue liber commeatus non comprehendit delicta futura. Idem Mastrill.d.loco num.5. Vide quæ scripsi cap. 189. lib. 1. Immò verò delinquēs post saluumconductũ, amittit illius beneficium. Quod intelligendum, quando eo cōsilio, & proposito illũ impetrauit, vt delinqueret. Menoch. De Arbitr. cas.337. num.14. pręsumitur autem animo
11 delinquendi † saluumconductum petiuisse, quando paulò post illum impetratum, deliquit. Menoch. d. cas. nu.15. Farinac. quæst.29. nu.61.

SVMMAE.

1 *Statuta contra Ecclesiæ libertatem cassa sunt, & irrita.*
Contra Ecclesiasticam libertatem condentes statuta excommunicationē incurrunt, & num. 3.
2 *Statuta contra Ecclesiæ libertatem statim delenda.*
Auth. Cassa. C. de sacros. Eccles.
3 *Tempus concessum ad reuocanda statuta contra libertatem Ecclesiasticam.*
Illicita non veniunt in mandatis generalibus.
4 *Aduocatus causam debet statim dimittere, ac cognouit eam esse iniustam.*

CAP. XII.

De statutis cōtra libertatem Ecclesiasticã.

1 CAssa, & irrita † sunt statuta cōtra Ecclesię libertatem. Auth. Cassa. C. de sacros. Eccles. immo excommunicationem incurrunt conditores statutorum, quæ libertati Ecclesiasticæ aduersantur. Aloys. de Leo in d. auth. Cassa. num.6. & extat bulla Pontif. in cœna Domini de qua Steph. Gratian. cap.414. nu. 6. & 14. Discept. Forens. lib.3. c. nouerint. c. grauem, vbi Doct. de sentent. excōmun. vbi Summus Ponti-
2 fex † præfinit tempus duorum mensium ad inducenda, siue delenda huiusmodi statuta, quod tempus non so-

solum in statutis editis, sed et in edēdis locum habet. Caietan. in sum. in verb. excommunicatio. cap. 31. vers. Secundo notanda est. Rebuff. in Cōstit. Reg. tom. 3. tit. Vt laici non cōueniantur, num. 4. vbi ait ex sententia Alber. vno, & eodem die Constitutiones d. auth. Cassa. & c. nouerint conditas fuisse. Verum aut † lo-
3 quimur de ipsis legum cōditoribus, & illi statim sunt excommunicati, aut de successoribus, vel de alijs, qui statuta non condiderunt, vt sunt Ciues, et Decuriones, qui dederunt mādatū ad condenda statuta, sub quo mandato non continentur illicita, & illi prætextu ignorantiæ possunt se excusare. Quamobrem vbi resciuerint statuta esse cōdita, debent curare, vt primoquoque tempore deleantur. Conceditur tamen illis aliquod tempus arbitrio iudicis. l. Ratum. l. quod dicimus. ff. de solut. Abb. in d. c. nouerint, num. 3. & in c. grauem, num. 4. Innoc. in d. c. nouerint, num. 30. Menoch. de Arbitr. li. 2. cēt. 6. cas. 596. latè. Don Io. Beltr. Gueuara Archiep. & Regius Cōsiliarius vir singulari eruditione, & pietate conspicuus, in suo Propugn. Eccles. libert. §. 2. assert. 2. num. 85. & 86.
4 pag. 185. Sic † aduocatus confestim causam imprudenter susceptam debet dimittere, posteaquam cognouit eam esse iniustam. Quod si fecerit, non erit illi ea res pudori, sed potius summam conciliabit laudem. vt ex Quint. Inst. Orat. lib. 12. cap. 1. habemus, & scripsit Ian. Langl. lib. 1. Semestr. cap. 2.

SVMMÆ.

1 *Bonorum appellatione, quid contineatur.*
2 *Venales res an contineantur in legato bonorum, & num. seq.*
3 *L. Pediculis. §. idem cum quæreretur. ff. de auro, & arg. leg. & num. 7.*
4 *L. Generali capite 32. §. Vxori. ff. de vsufr. leg. & num. 6. & 7.*
5 *L. seruus. 73. in fine. ff. de leg. 3. & nu. 6. & 7.*
6 *Arij Pinelli opinio.*
Accursij expositio.
Meum dicitur, quod ad proprios vsus fuit paratum.
7 *Basilica quid.*
Horrea varia in Vrbe.
8 *In Fundo non dicuntur esse, quæ ibi non sunt perpetuò permansura.*

CAP. XIII.

De bonorum appellatione, an contineantur venalia.

1 QVid contineatur † appellatione bonorum simpliciter facta, vel verbis vniuersalibus, nimirum omnium, quoruncumque, & similium, vel bonorum mobiliū, & immobilium, tractant latiss. Doctores in l. 1. ff. si cert. pet. in l. mouentiū vbi Alciat. ff. de verb. signif. Arius Pinell. in Rubr. c. De bonis matern. par. 1. Mantic. De Coniect. vlt. volūt. li. 9. tit. 2. & 3. Gasp. Thes. li. 1. Quęst. Forēs. c. 2. Io. Stephan. Durant. q. 32.
Dubitari solet, an venales res con-
2 tineantur in legato † bonorum. Et traditum est non contineri, & ideò legatarium probare debere, testatorem de rebus venalibus quoque sensisse. Arius Pinell. in d. rub. num. 38. qui huius sententiæ quam plurimos refert. Mantic. d. tit. 3. nu. 12.
3 Primo in hanc sententiam † citatur l. Pediculis 32. §. idem cum quæreretur. ff. de auro & argento legato. vbi auro legato non intelligitur id legatum, quod negotiandi causa proponi solet, erat autem ibi legatū huiusmodi verbis conceptum. *Hoc amplius filia mea dulcissima è medio sumi-*

to, tibique habeto ornamentum omne meum muliebre cum auro, & si qua alia muliebria apparuerint; Cum fuerit negotiatrix ipsa testatrix, quæstio erat, an non solum argentum, quod in domo, vel intrà horreum vsibus eius fuit, sed etiam quod in basilica fuit muliebre legato cedat. Respondit I.C. non videri id legatum, quod negotiandi causa venale proponi soleret, si testatrix habuit proprium argentum ad vsum suum paratum.

4 Secundo affertur textus † in l. generali capite 32. §. vxori. ff. de vsufr. leg. *Testator vxori vsumfructum domuum, & omnium rerum, quæ in his omnibus erant, excepto argento legauerat, item vsumfructum fundorum; & salinarum. Quæsitum est, an lana cuiusq; coloris, mercis causa paratæ, item purpura, quæ in domibus erant vsusfructus ei deberetur. Respondit. excepto argento, & his quæ mercis causa comparata sunt, cæterorum omnium vsufructum legatarium habere.*

5 Tertio citatur text. in l. † seruos 73. in fin. ff. de leg. 3. vbi si testator legauerit seruos suos, qui vitam venaliciariam exercebat, non continentur legato huiusmodi mancipia, nã inquit Iurisconsultus. *Quos quis ideo comparauit, vt illico distraheret mercis magis loco, quam suorum habuisse credendus est.*

Verum Arius Pinell. in d. rub. C. de bonis matern. num. 38. & seq. existimat, imò in legato generali † re-
6 rum, vel bonorum comprehendi etiam venalia, si spectemus ipsam verbi significationem. Quod et sensisse videtur Accurs. in d. §. idem cũ quæreretur, dum putat peculiari quadã ratione non comprehendi ibi venalia, quasi regula contraria sit constituenda. Particularem autem rationem ex eo ducit, quod facta sit restrictio ob pronomen meum, quasi meũ non dicatur nisi qđ ad proprios vsus fuit paratũ. Gasp. Thes. lib. 1. Quæst. Forens. cap. 26. num. 15. Quam tamen expositionem improbat Pinell. in d. rubr. num. 40. nam pronomen meum non restringit, nec aliter legãt testatores, nisi cum pronomine meum. Respondetur igitur distinguendo cum eodem Pinell. Aut agimus de legato generali rerum, vel bonorum, & tunc comprehenduntur etiam venalia, aut agimus de certa specie bonorum legata, & secus est; multo plura enim legatum generale debet comprehendere, quam certę bonorum speciei. Eodem modo respondet Pinell. d. l. seruus in fin. ff. de leg. 3. Cæterum in d. §. idem cũ quæreretur, aut loco verbi Basilica
7 † reponẽdum verbum Taberna, aut basilicam intelligemus fori, vel argentariorum. Horrea autem in vrbe varia erant. Petr. Vict. in libello de Region. Vrbis Romæ. Ea non tantum frumentaria, sed etiam vinaria. l. tabernã 7. ff. de fundo instructo, & instrum. leg. Vini apothecæ frequentius ea appellabantur, mercium instrumentorum, pignorum, rerumq; omnium mobiliũ, & pretiosissimarum, vt in notis Dionysij Goth. in d. § idem cum quæreretur, & in d. l. Tabernam.

Non obstat tex. in d. §. vxori, quia ibi non est legatũ simplex, sed restrictum ob relationem ad locum. Quæ restrictio etiam fit ex regula iuris e-
8 nunciante † ea non censeri esse in loco, quæ ibi non sunt permansura, sed ibi ad tempus reponuntur, vt illico inde amoueantur. facit text. in d. l. seruos in fine. Arius Pinel. ad dictam rub. num. 39. Cagnol. in l. 1. ff. de reg. iur. num. 26. & 35. facit l. quæsitum 78. §. prædia. ff. de leg. 3. vbi deciditur ea dici esse in fundo, quæ ibi sunt perpetuo futura, & ideo legatum contineri.

tineri. Additur l. ex facto 35.ff. de hæred. inſt. l. Seiæ §. fin. l. prædia.ff. de fundo inſtr. & inſtr. leg. & latiſſimè aliquot propoſitis concluſionibus hanc materiam examinat. Did. Couar. lib. 2. Variarum reſol. cap. 5. ex quibus habemus hanc eſſe cōmuniter receptam regulam nimirū vi ipſius verbi bonorum comprehendi etiam res venales, niſi tamen ratio aliqua particularis ſuaſerit faciēdam eſſe reſtrictionem, vel ex adiectione loci, vel ex eo, qđ res propoſitæ ſint venales ſtatim diſtrahendæ.

SVMMAE.

1 *Fideicommiſſum ſtatim cōſtitutum poſt excluſionem nepotum ex ſecundo matrimonio, videtur conſtitutum contemplatione præcedentis excluſionis, neque erit abſolutè iniunctum filio.*

Nuptias filio non pōt prohibere pater.

Actus ſecutus incontinenti poſt alium cenſetur ad eum correſpectiuus.

2 *Donationem ſi fecerit mulier Hoſpitali, quod ſtatim ſe obliget ad aliquas præſtationes annuas erga mulierem, id cenſebitur factum ob præcedentem donationem, quæ dicetur ob cauſam.*

3 *Conuentio facta inter venditorem, & emptores, cenſetur facta contemplatione remiſſionis incontinenti ſequutæ per emptores alteri.*

Dotis confeſſio cenſetur facta ob promiſſionem ſtatim ſecutam.

4 *Dotes quando cenſeantur aduentitiæ.*

Dotes quando cenſeantur data feminis earum contemplatione, & in recompenſationem excluſionis.

5 *Dotes legatæ in ipſa inſtitutione à qua feminæ ſunt excluſæ, cenſentur relictæ contemplatione ipſarum feminarum.*

6 *Dos relicta nepti per auum, an cenſeatur contemplatione patris, an neptis relicta.*

7 *Feudum Cairi Langarum, an ſit propriè feudum, & quomodo in Dominos Soarampos ſit profectum, & nu ſeq.*

8 *In feudum vbi quis ſtatim recognoſcit rem ab aliquo, quam paulo ante in illum transtulerat, an actus dicantur correſpectiui.*

Donatio facta contemplatione ſequentis inueſtituræ.

Feuda conceſſa Dominis Carrettis.

9 *Emptor non compellitur ad ſolutionem pretij, niſi præſtita cautione de euictione, licet illud promiſerit ſoluere in inſtrumēto ſeparato incontinenti.*

CAP. XIIII.

De fideicommiſſo conſtituto contemplatione excluſionis præcedentis, & de dote cuius contemplatione ſit relicta.

SI teſtator excludat nepotes ſuos
1 ex filio, natos ex ſecundo † matrimonio, cum eius ſit mens, & propoſitum, vt conſulat filijs prioris matrimonij, arceatque filium à contrahendis ſecundis nuptijs, quas prohibere nō poterat. l. fin. C. de indict. viduit. tollend. & incontinenti poſt excluſionē nepotum ex ſecundo matrimonio filij ſui, conſtituat fideicōmiſſum, videtur illud conſtitutum contemplatione excluſionis immediatè præcedentis, ob vulgatam Regulam ſæpè in hac tractatione repetitam, de qua Bald. & alij in l. petens C. de pactis, videlicet quando vnus actus incontinenti poſt alium fit, tūc cenſeri correſpectiuos, viderique vnum reſpectu alterius factum. Non erit igitur fideicommiſſum eo caſu abſolutè iniunctum filio, ſed ſolùm cenſebitur factum ad excluſionem filiorum, qui ex ſecundo matrimonio naſcentur. Sic reſpondit Dec. cōſ. 336. num. 1. & 2. & comprobatur per ea, quæ ſupra lib. 1. cap. 96. ſcripſi, & tradit Crauet. conſ. 298. num. 13. vbi

2 probat † si mulier donet hospitali, & & statim hospitale se obliget ad præstationes aliquas annuas faciendas mulieri, censeri id factum ob præcedentem donationem, quę ideo non erit pura, sed ob causam; & ità ibi respondet cõuentionem factam in-
3 ter venditorem † & emptores censeri factam contemplatione remissionis incontinenti per ipsos emptores cuidam Magdalenæ factæ. Et si maritus fateatur se accepisse dotem, & postea incontinenti sequatur promissio facta per patrem, illa confessio censetur facta cõtéplatione promissionis, & futuræ numerationis. Curt. sen. cons.54. num.7.10. & 12. Hanc ob rationem Menoch. consil. 691. nu.10.& seq. probat dotes con-
4 stitutas feminis † esse aduentitias, non autem profectitias, quando nimirum inita conuentione excluduntur feminæ, & includuntur masculi, & incontinenti in eodem instrumẽto dotes cõstituuntur feminis, actus enim dotationis, & exclusionis censentur correspectiui, & dotes cẽsentur datæ feminis earum contemplatione, & tamquam in recompensationem exclusionis, & ideo erunt aduentitiæ, non profectitię. Et Decian. resp.10.num.12. & 13.lib.2. respondit eo casu, quo testator non legauit
5 dotes † simpliciter feminis, sed statim in ipsa institutione in qua admisit masculos, & feminas exclusit, iussit eas dotari, censeri dotes constitutas, non ad exonerandos parentes, sed contemplatione ipsarum feminarum in compensationem portionis, à qua illas exclusit. Eadem sententiam amplexus est Menoch. cons. 796.num.4. An autem in vniuersum
6 dos relicta ab Auo nepti † censeatur relicta contemplatione patris, an ipsius neptis contemplatione quęstio est celebris, & Decian. dicto resp.10. num.10. cẽset ipsius neptis contemplatione censeri relictam, esseq; aduentitiam, non profectitiam, & in legitimam parentum non esse imputandam. Idem Decian. resp.9. num. 13.lib.3. Peregr. decis.92. Sed immo imputandam esse in legitimam filio, cuius contemplatione censetur data scribit Surd. decis. 118. num.8. cum nõ referat, an ego soluerim, an alius, contemplatione mea, censeaturque breui manu filio numerata, & à filio nepti. Steph. Gratian. lib.1. Discept. Forens. cap.50. num.6. & seq. Sed vide Menoch. latiss. hanc opinionem probantem cons.183. num.32. Surd. De Aliment. quæst.7. tit.5. num.28. vbi distinguit nonnullos casus, & Menoch. De Præsump. lib.3. cap.17. ad quos lectorẽ reijcio, & ad ea, quæ supra scripsi lib.1. c.183. Ob prædictam rationem Surd. cons.407. respõ-
7 dit feudum Cairi Langarum † non esse proprium feudum, & in eo feminas cum masculis simul succedere, cũ non sit collatum à Ducibus Med. in D. D. Scarampos, sed potius ab illis, vel saltem illius possessio in Ducem Mediolani profecta. Surd. ibidẽ, nu. 5. 16. 20. 25. 28. 29. & 33. nam vbi quis rem propriam in alium trans-
8 fert, eamque in feudum statim † recognoscit, tunc præcedens donatio, siue trãslatio censetur facta contemplatione sequentis inuestituræ, & inuestitura intelligitur facta pro remuneratione donationis, & ita actus dicuntur, & sunt correspectiui. Surd. d.cons.407. num.28. & licet inuestitura sit statim secuta, tamẽ actus donationis præcedens momẽtaneus est considerabilis, cum in Ducem Med. sit translatum dominium & donatio omnem effectum sortita. l. si tibi, vbi Doct. ff. si cert. pet. Menoch. cons. 1. nu.451. & 471. Contrarium respondit Natt. cons.614. num.14. in casu

feudo-

feudorum DD. de Carretto, de quo Tuſc.i verb.Incõtinẽti in fi. probatque non adeſſe correſpectiuitatem, cum ſeparatim initi ſint contractus. Fretus prædicta ratione. Purpurat. conſ.405. maximè num.18. reſpõdit non compelli emptorem ad ſolutionem pretij, niſi præſtita cautione
9 pro euictione † licet illud promiſerit ſoluere in inſtrumento ſeparato incontinenti, non ex interuallo celebrato, cum ſint correſpectiua.

SVMMAE.

1 *Pecuniæ Fiſci, vel Reip. nomine exactæ ſtatim reddendæ, neque debet exactor ex illis quidquam lucrari. Alioquin puniendus exactor.*
Declara, num.2.
2 *Exactor nomine Fiſci non reddens ſtatim pecunias exactas, tenetur lege Iulia de reſiduis.*

CAP. XV.

De exactoribus pecuniæ Fiſcalis, ex ea lucrantibus.

1 NOn debent † pecuniæ Fiſci, vel Reipubl. nomine exactæ diù apud ipſum exactorem manere, ſed ſtatim ac exactæ ſunt ſacris theſauris inferantur.l.diù minimè C.de ſuſcept. lib. 10. Quamobrem extra ordinem puniuntur, qui eas per aliquod tempus penes ſe retinent, lucrumq; ex ijs percipiũt. Bar.in l.vnica.C.de auri publ. perſec. Boſſ.in tit. De Fiſci.& eius priuileg.nu.5.& habet locum pœna quadrupli, vel dupli. Farin. De furt.quæſt.171.nu.45.
2 Verùm † non eſt hoc indiſtinctè recipiendum, ſed placet cum Dec. conſ. 6. num.2. tres caſus potiſſimum expendere. Primus eſt, quando quis exigit pecuniam pro domino, vel reipub. quam ſtatim tenetur reddere, & tunc veriſſimum eſt, quod ſupra dixi, ita vt teneri etiam debeat huiuſmodi exactor lege Iulia de reſiduis, l.2. l.4. §. lege Iulia. ff. ad legẽ Iul. pecul. Peregr. de iure Fiſci lib.6. tit.3.num.8.

Secundus eſt, quando quis exigit pecuniam, quam nõ tenetur quidem ſtatim reddere, ſed ad vſum Reipub. & Fiſci debet ſemper promptam habere, & paratam, & idem eſt dicendum, neque enim pecunia in exactoris dominium prædictis duobus caſibus tranſit, cum ſtatim ſit reddenda, & ita in mora ſit exactor, niſi incontinenti illam, prout tenetur, reddat, vel ſaltem vſibus reipubl. & Fiſci non habeat promptam. Tertius eſt caſus, quando exactor paulatim pecunias exigit, quas non tenetur incontinenti, ſed ex interuallo, & certo tempore ſoluere, & tunc creditum eſt, eum poſſe ex pecunia exacta lucrari, cum ea in ipſius dominium tranſeat, teneaturque ipſe ad quantitatis ſolutionem, neque, antea dicatur eſſe in mora illius reddendæ, quam dies præfinitus ſolutioni aduenerit. Peregin. d.loco num. 11. Caball. lib. 1. reſol. crim. cap.99.num.79.& ſeq.

SVMMAE.

1 *Homicida, qui alia duo homicidia patrauerit excipitur à generali criminum abolitione.*
2 *Homines duos uno, & eodem tempore interficiens, an dicatur duo homicidia committere, vt excludatur à generali indulto.*
Delicta plura quando dicantur, & quãdo vnum.
3 *Ictu eodem quandoque plures concidiſſe.*

CAP.

CAP. XVI.

De occidente eodem tempore duos homines, an dicatur duo homicidia patrasse.

1 Excipi solent à criminum abolitionibus, siue generalibus † indultis, quę concedi solent, ob pacem, aut victoriam insignē, aut filios natos, homicidæ, qui alia duo homicidia patrauerint. Quod iuri conuenire tradit Mastrill. in comment. ad indultum gener. cap. 28. num. 5. & seq. l. 3. vbi gloss. C. de Episcop. aud.
2 Quæri solet † an interficiens incontinēti vno, & eodē tpe duos hoīes dicatur duo homicidia cōmisisse ita, vt à beneficio indulti debeat esse exclusus, an verò vnicū homicidiū patrasse dicatur. Et videbatur dicendū eū posse frui beneficio indulti, cum non ex interuallo, sed statim duos homines occiderit, & ità cesset consuetudo delinquendi, iuxta tradita per Couar. lib. 2. var. resol. cap. 10. num. 8. vers. Quintum, vbi latè agit, an & quando dicatur vnicum delictū, vel plura, & quid in actibus successiuis, & in momentaneis. Qua de re vide quæ scripsi supra lib. 1. cap. 97. num. 13. Multo magis procederet quod supra mox dixi in occidente eodem ic-
3 tu duos † homines, vt multis ab hinc annis contigit Ticini, vbi duo scholastici ditionis Montisferrati vnica glande plumbea tormento bellico eiecta fuerunt interfecti. Et refert Appian. Alexand. lib. 4. De bellis ciuilibus tempore proscriptionis triūuirorum duos ciues Romanos eodē ictu centurionis concidisse.

SVMMAE.

1 *Exceptionis sola reiectione appellatio non iustificatur.*
Appellatio non dicitur iusta ex sola reiectione appellationis. Declara.
2 *Appellationem, an iustificet oblatio probationis.*
3 *Appellatione pendente nil nouandum.*
An id procedat etiam in interlocutoria.
4 *Ab interlocutoria vbi fuit appellatum, & inhibitio intimata iudici, qui eodē tempore processit ad vlteriora ita, vt dubitetur, vter actus præcedat, quid sit statuendum, & num. seq.*
5 *De momento vbi agitur etiam punctum temporis spectatur.*
Possessori etiam anteriori per horam datur mandatum de manutenendo.
6 *Appellanti in dubio fauendum.*

CAP. XVII.

De appellatione à reiectione exceptionis.

1 Si proponatur † per vnum ex collitigantibus exceptio aliqua, iudexque eam reijciat, & à reiectione appelletur, nō dicitur appellatio iusta ex eo, quod non fuerit admissa exceptio, sed requiritur, vt probetur causam excipiendi veram fuisse. Hoc est, quod passim traditur solam reiectionem exceptionis legitimæ non verificare appellationem c. interposita. vbi Dec. & alij. De appellat. nisi tamen statim & primo adspectu ex ipsa sententia appareret saltem præsumptiuè de veritate exceptionis. Dec. in d. cap. interposita in princip. Lancell. De attent. par. 2. cap. 12. nu. 40. & 41. vel nisi excipiens obtulisset se statim probaturum exceptionem. Inde enim colligitur grauamen, si excipiens non fuit admissus ad probandum exceptionem, quam statim probaturum se obtulit. d. c. interposita, vbi gloss. & alij Doct. Fœnut. de moment. cap. 14. num. 14. Neque verò requiritur, vt offerēs secum testes ducat, sed satis est, vt simpliciter offerat se probaturum, hic enim actus non potest momento temporis expe-

expediri. Dec. in d. cap. interposita. in fine. Hæc porrò oblatio proba-
2 tionis iustificat appellationem.† dũtaxat eo respectu, vt causa appellationis deuoluatur ad superiorem, & vt attentata reuocentur, non autem vt cẽseatur probata exceptio in præiudicium partis. Abb. in d. cap. interposita. Fœnut. d. num. 14. in quã sentẽtiam inclinat etiam Dec. in d. cap. interposita, licet contra eam dubitationes excitauerit. Cœterũ, quã-
3 uis pendente † appellatione, nil sit innouandum, & innouata tanquam attentata sint reuocanda, tamen id procedit in diffinitiua, non autem in interlocutoria, nam requiritur etiã inhibitionem ipsi iudici esse intimatum. Lancell. De Attent. cap. 12. ampliat. 15. num. 20. Quæsitum fuit quandoque, quid statuendum eo ca-
4 su, quo iudex † processit ad vlteriora pronunciando in meritis, non obstante appellatione ab interlocutoria, inhibitioque eadem die est intimata, quo lata sententia, & dubitatur vtra sit anterior, sententia ne, an intimatio. Hanc queſtionem refert Thes. decis. 49. licet enim in his, quæ fiunt eodem tempore, non soleat spectari prius, & posterius, tamen se-
5 cus est hoc casu, vbi agitur de † momento in quo spectatur etiam punctum temporis. dixi supra lib. 1. cap. 170. num. 6. cap. 151. num. 3. & cap. 182. num. 6. vt etiam dicitur de possessore, nam anteriori etiam per horam datur mandarum de manutenendo. Hect. Felician. allegat. 28. nu. 3. par. 3. In prædicta autem quæstione Thes. d. decis. 49. num. 3. ait in du-
6 bio † fauendum esse appellanti, adiuuãdamq; illius appellationem, quæ fauorabilis est. l. 2. ff. rem rat. hab. benignior erit igitur appellatio, quam sententia, & consecutiuè inhibitio, quæ appellationi est coniuncta. Verum contra hæc dici posset, cum iudex possit ad vlteriora procedere, nisi sit inhibitum, teneri ipsum transmittentem inhibitionem curare, vt constet de tempore inhibitionis, & ita debere fundamentum suæ intentionis probare, cum etiam non sit præsumendum iudicem voluisse post inhibitionem intimatam ad vlteriora procedere. Senatus Taurinensis in hac dubia quæstione, elegit quãdam mediam viam, pronunciauitq; bene fuisse ad illum actum processum, seu sententiam per iudicem, verum ob incertitudinem prioritatis, eum esse in integrum restituẽdum ex officio, contra quem actus secutus fuerat, & sic ad prosequendum appellationem restituit. Thes. ibidem. Ex benignitate ob dubium censetur eam viam elegisse.

S V M M Æ.

1 Testis esse non potest, qui est aduocatus Declara, vt pro eo non possit, pro quo est aduocatus, sed contra eum secus. Aduocatus testis.

2 Aduocatus nõ cogitur esse testis eorum, quæ secretò intellexit à cliente. Declara.

C A P. XVIII.

De Aduocato teste.

1 NOn potest esse † testis, qui fungitur aduocati munere. latè Afflict. decis. 222. Mascard. de prob. concl. 66. Farinac. de testibus quæst. 60. Sed hoc intellige vbi testimoniũ dicit pro eo, cuius causam defendit, secus quando contra clientem testificatur, à quã tamen dictione testimonij abstinendum censerem, nisi interueniret coactio; nam iuxta cõmunem sententiam cogi potest. Afflic. dict. decis. 222. in fin. Surd. decis. 190. Farinac. d. quæst. 60. num. 170. 171.

171. & 223. nisi tamen de ijs agere-
2 tur, quę † clientulus secretò tutis auribus aduocati sui, & causæ patroni commisisset, iuxta tradita per Affl. & Surd. locis citatis. Sed nec defuerunt, qui censuerunt aduocatum, durante munere, non posse cogi ad testificandum contra clientem per aduersarium, sed eo tantum finitę, quæ tamen limitatio, si modo vera est, restringitur, vt non procedat in nonnullis casibus, de quibus Farinac. d. quæst. 60. num. 227. & præsertim quando pars aduersa denuntiauit ante susceptum patrocinium, vel incontinenti, ne illud susciperet, quia volebat eum producere tamquam testem.

SVMMAE.

1 *Negantibus solet pœna augeri.*
Confitentibus solet pœna minui, & maximè vbi sponte confitentur, & nu. 5.
2 *Confitentis sponte pœna imminuta, & num seq.*
3 *Principibus exteris vetitum inseruire per edicta.*
Perduellionis crimen exceptum ab indulgentia.
Principibus exteris inseruientibus fieri potest gratia.
4 *Confessio spontanea arguit ignorantiam proclamatum, & dolum excludit.*
5 *Confiteri spontè, quando quis dicatur.*
6 *Monetarij spontè confitentis pœna imminuta.*
7 *Confessioni soli non semper credendum.*
Pythagoreorum cōfitentium delictum, præclarum exemplum.
8 *Deferentes seipsos quandoque impunitatem, & præmia consequuntur.*
Ancilla, quæ professa est indicium veneficiorũ, fides data apud Rom. haud futurum noxæ indicium.
9 *Indicium profiteri quid.*
10 *Augustus impunitatem, & præmium concessit insigni latroni, qui spontè in conspectum Principis venit, & se ipsum detulit.*
Reuelans factionem quando præmium vel saltem impunitatem cōsequatur.
11 *Filij delinquentis pœna, quem pater obtulit iudici, temperatur.*

CAP. XIX.

De temperanda pęna spontè confitentium.

1 QVemadmodũ negantibus † pęna quandoque solet intendi, vt scripsi supra, lib. 1. cap. 63. ita confitentibus, & quidē spontè solet minui. Vide Caball. resol. crim. 56. Memoria teneo superiori-
2 bus mensibus relatam fuisse † caussam cuiusdam Rubei Ticinensis, qui captus ob suspicionem furti, statim, & spontè narrauerat se Ticino abfuisse, & Principibus exteris inseruis-
3 se, in eorumque militiã † nomen dedisse, quod edictis Excell. Proregis nostri subditis est prohibitum, atque adeò, vt perduellionis pœna huiusmodi milites teneantur, licet sæpenumero sit declaratum eis gratiam omninò fieri posse, cum tñ rebellionis crimen sit exceptum à gratia, & indulgentia Principis. Profuit autē capto confessio illa spontè facta, nam primo creditum est pœnam esse minuendam, maximè cum de ea re non
4 esset interrogatus, deinde † potuit ex ea confessione edictorum ignorantia colligi & dolus excludi. Franc. Becc. cons. 96. num. 15. Quamobrem fuit solum tribus ictibus funis publicè affectus. Solet autem quæri,
5 quandonã dicatur quis spontè † confiteri. Qua de re latè Doct. in cap. de hoc. de simon. & in 6. c. at si clerici. De iud. Spontè aũt confessis minuitur pœna, de quibus latiss. Farinac. De reo confesso, & conuicto quæst. 81. cap. 5. Si quis adeò stultus sit, vt spon-

sponte adeat iudicem, & fateatur delictum, censerem temperandum esse pœnam. Immò si captus, statim delictum fateatur, vel etiam si post negationem incontinenti cōfessionem subijciat, erit minuẽda pœna. Farin. ibidem num. 177. & seq. Die quarta Decembris 1619. Cum relata esset in Senatu causa duorum monetariorũ
6 † quorum vnus fuerat captus, alter autem incontinenti eo capto, & nōdum examini subiecto, adiuerat Delegatum Iurisconſ. Cæsarem Besutium, omniaque ordine, prout gesta erant, narrauerat, licet initio veritati nonnulla mendacia miscuisset, Censuit Senatus primũ, qui captus erat in pœnam ordinariam damnãdum, de qua Menoch. De Arbitr. cas. 316. Peguer. decis. 260. 46. 85. & 86. alterum extra ordinem puniendum pœna remi perpetui. Ob multas circumstantias, & præsertim ob confessionem spontaneam, & accessum ad iudicem existimauit Senatus hunc esse casum, in quo legum seueritatem cum aliquo temperamento benignitatis subsequi, vt loquitur I. C. in l. perspiciendum. ff. de pœnis, æquum esset. Gasp. Thes. lib. 3. Quæst. Forens. quæst. 57. num. 5. Ceterum non solum apud Poetas, sed
7 etiam † apud Historicos sepè legimus non esse credendum soli confessioni etiam in iudicio factæ, vbi quis se ipsum detulit. Exemplo sint illi duo Pythagorei, quorum meminit Cicero de amicitia, & Demetrius ille Siniensis de quo Petrus Ærodius, lib. 6. rer. iudicat. cap. 4. qui visus est non deliquisse, cum tantopere laboraret, vt ipse, non socius pro sacrilego haberetur. Quod tandem indicio ipsius Syri serui sacrilegi fuit cōpertum. Sponte autem se † deferen-
8 tes in nonnullis casibus non solùm impunitatem, sed etiam præmia cōsequuntur. l. edicto. ff. de iur. fisci. l. 1. C. de his, qui se defer. lib. 10. Thes. d. quæst. 57. vt apparet etiam ex S. C. de Bacchanalibus Liu. lib. 49. Valerius Max. libro 6. cap. 2. Liu. lib. 8. narrat ancillæ, quæ indicium veneficiorum professa erat, si fides sibi daretur, haud futurum noxæ indiciũ, consensu Senatus fidem datam. Sic
9 indicium profiteri † accepit I. C. in l. 1. ff. de sicarijs, apud Plin. Epist. 3. ad Nepotian. Sallust. in Catil. & in l. 24. ff. ad legem Cornel. de falsis. Brisson. lib. 2. De Formul. pag. 249. Im-
10 mo Augustus Imperator † cum in Hispania insignẽ latronem perquiri iussisset, præmiumq; promisisset illum adducenti, latro ipse venit in conspectum Principis, qui illi ex æquitate quadam præmium, & impunitatem concessit. Borell. De edictis Magistr. lib. 3. cap. 6. Qui statim in ipsis veluti incunabulis, irritam factionem detegit præmio & honore afficitur. Qui ex interuallo impunè debet abire. l. quisquis §. fin. C. ad l. Iul. Maiest. quam procedere in alijs criminibus maximè occultis tradit Thes. d. Quæst. 57. lib. 3. Solet etiam temperari pœna filij delinquentis,
11 quem pater ipse obtulit † iudici l. milites agrum § desertorem. ff. de re milit. Arius Pinell. in rub. C. de bonis matern. par. 2. num. 32.

SVMMÆ.

1 *Pater interficiens filium adulterantem nouercam, qua pœna sit adficiendus. Quid si incontinenti, & quid si ex interuallo, & nu. seq. vsque in finem.*
L. Diuus. ff. ad legem Pomp. de patricid. declarata. & num. seq.
2 *Pater filium potius accusare debet, quã occidere.*
3 *L. Inauditum. ff. ad legem Corn. de sicarijs.*

Inauditum quid significet.
Accurs. puerilis lapsus.
4 *Filius interficiens patrem adulterantem nurum quomodo puniendus.*
5 *Iniuria successiua excludit pœnam ordinariam.*
6 *Senatus sententia in causa mariti occidentis vxorem adulteram etiam ex interuallo.*
Maritus interficiens vxorem etiam ex interuallo, quæ erat adultera, an puniendus pęna ordinaria.

CAP. XX.

De Patre interficiente filium adulterantem nouercam.

Divus Hadrianus fertur, cum in venatione filium suum quidam necauerat, qui nouercam adulterabat, in insulam eum deportasse: quod latronis magis, quàm patris iure eum interfecit. nam patria potestas in pietate debet, non atrocitate consistere. Hæc Marcianus I. C. in l. Diuus. ff. ad legem Pomp. de Parricid. licet igitur pater, à pœna ordinaria excusetur, tamen extra ordinem puniendus, & deportandus ob rationem, de qua in dicta lege, & quia debuit potius eũ
2 † accusare, quàm occidere. glo. in d. l. Diuus. Caball. resol. crim. 15. in prin.
3 per l. inauditum † ff. ad legem Corn. de sicar. vbi expone Inauditum filiũ, idest cuius defensiones prius nõ sunt auditæ Tacit. lib. 4. Annal. inaudito filio exitium afferre. Cuiac. lib. 6. obseruat. cap. 17. Quorum in verborum explicatione pueriliter lapsus est Accurs. quem etiam irridet Budæ. in eadem l. inauditum.
4 Licet autem dicta lex † loquatur de patre occidente filium, tamen procedit etiã in filio patrem interficiente Bart. in d. l. Diuus in fine Marsil. num. 17. Caball. dicta resol. 15. nu. 4. Verùm ita demum procedere existimatur dicta lex, si pater incontinẽti deprehensum filium cum nouerca concũbentem interfecerit, secus si ex interuallo. Marsil. in d. l. Diuus. num. 11. Carer. in sua Praxi §. Homicidij, num. 141.

Primo facit pro hac opinione d. l. Diuus, ponderando verbum Adulterabat.

Secundo faciunt quamplurima similia, & maximè ea, quæ tradidi supra lib. 1. cap. nono de marito, & patre interficiente vxorem & filiam in adulterio deprehensam, nam fit distinctio, an statim, an ex interuallo eam interficiat.

Contrarium communiter recipitur, vt videlicet procedat d. l. Diuus etiam si pater filium ex interuallo interficiat, quia si incontinenti interficeret, impunè id deberet ferri, vt in alio extraneo. Caball. d. resol. 15. nu. 7. Farinac. q. 120. num. 173. Hect. Felic. alleg. 123. par. 1.

Etenim cùm in eo text. d. l. Diuus interfectus fuerit filius in uenatione non fuit in ipsa turpitudine statim occisus, & ideo non obest ponderatio dicti verbi. *Adulterabat*, quod minimè est tẽporis præteriti perfecti, sed imperfecti, & indicat filium perseuerare in adulterio. Caball. ibidẽ nu. 9.
5 & ità patrem successiua iniuria † affici ita, vt non debeat esse locus pęnæ ordinariæ, cui pariter non esse locum
6 statuit Senatus in marito † occidẽte vxorem adulterã etiam ex interuallo, magna. n. vis honoris, & iniuriæ successiuę, quę semper durare dicitur Bertaz. cõs. 42. nu. 6. lib. 1. Boer. decis. 298. Baiard. ad Clar. in §. Adulteriũ, nu. 55. & congesti per Farinac. quæst. 91. nu. 5. Menoch. de Arbitr. cas. 361. num. 21. Faciunt tradita supra lib. 1. cap. 6. num. 12. & cap. 8. num. 5.

Non obest secũdum, quia vbi statim filium interficit pater adulte-

rantem nouercam, non debet aliqua pœna affici, vel saltem leui punitur, neq; enim filius tunc eſt cenſendus, qui tàm graui iniuria patrē afficit, ſed extraneus. Vbi autem ex interuallo, tunc puniēdus extra ordinem pro modo culpæ, & ideo cum in d.l. Diuus in venatione eū occiderit, deportādus, qđ latronis potius more, quam iure patrio eum interfecerit.

SVMMÆ.

1 *Feria unde dicta, & quid ſint. Forum quid.*
2 *Feriarum olim quot genera.*
3 *Feria alia in honorem Dei, alia hominū vtilitatis cauſa conſtituta.*
4 *Feria Chriſtianorum, & Gentilium.*
5 *Feſtis diebus quibus incumbendum, & à quibus ceſſandum.*
6 *In latronibus inſignibus pena afficiendis, non ſeruari feſtos dies.*
7 *Fructus quādo colligēdi diebus feſtiuis.*
8 *Tempore meſſis, & vindemiarum ius redditur, vbi res vel actio eſt tempore peritura.*

CAP. XXI. De Ferijs.

1 FEriæ à feriendis † victimis Feſto appellantur vel à ferendis epulis, ſuntq; dies ceſſationis ab opere, vel tempus illud, quo forenſibus negotijs, & iuredicūdo ceſſatur. l. j. C. de ferijs. Sunt qui putant ferias per antiphraſim dici, quod nullæ res inde ferantur, reſpiciētes ad fori etymologiā, videlicet forū eſt, quo res ferūtur, & vnde ferūtur. Philippus Brodęus in corol. Hiſt. Fori Rom. Frāc.
2 Poll. c. 1. Feriarū publicarum † apud veteres quatuor erāt genera. Primi generis erant ſtatæ, oībus populis certæ. Varr. lib. 5. de lingua lat. vel iuxta Feſtum, quod certo, ſtatutoq; die obſeruarentur, nunc feſta immobilia dicimus. Secundi generis erant conceptiuæ, quæ quotannis à Magiſtratibus, vel Sacerdotibus concipiebantur in dies certos, vel incertos. Tertij generis imperatiuę, quas Cōſules vel Prætores pro arbitrio poteſtatis, & pro re nata indicebant. Quarti generis nundinæ in quibus pagani, & ruſtici ad negotia, & merces conueniebant. Sunt pręterea propriæ feriæ familiarum, vt Claudiæ, vel Æmiliæ, ſeu Iuliæ, ſiue Corneliæ. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 16. Dicuntur etiam aliæ ſolemnes, alię repentinę, & extra ordinem, quæ videtur eſſe imperatiuæ. Vide l. ſed & ſi §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſis maior. l. 1. & l. 3. C. de ferijs, &
3 dilationibus. Sunt etiam feriæ † aliæ in honorem Dei, alię hominum vtilitatis cauſa conſtitutæ, vt meſſiū & vindemiarum. l. 2. l. oēs dies. l. vlt. C. de ferijs. l. 1. l. Præſides prouinciarū ff. eodem. cap. 1. & tot. tit. De ferijs. Menoch. De Arbitr. q. 30. vberrimè Petr. Greg. Toloſ. lib. 2. Synt. iur. vniu. cap. 16. Didac. Couarr. lib. 4. variar. reſol. cap. 19. de feſtis diebus agens initio oſtendit diſcrimē inter
4 dies † feſtos Gentilium, & Chriſtianorū, in quib⁹ feriari apud oēs oportet, ſed apud nos Chriſtianos ceſſatur ab opere, vt veri Dei agnitione, animiq; interiori cultu inſtituto; qđ mente cōplexi ſumus, exteriorē cultum Deo exhibēdo ſanctè, & piè pręſ
5 ſtemus. Quibus aūt † incumbēdum, & à quibus ceſſandum & abſtinendū diebus feſtiuis latè tradunt Summi Pontif. Imper. & Iuriſconſulti in allegatis tit. Maſtrill. de Magiſt. lib. 3. cap. 4. nu. 187. Borell. de Cath. Regis præſt. c. 36 nu. 56. Caball. reſol. crim.
6 227. vbi nu. 52. ait † in latronibus inſignibus, quos ſtatim pęna affici reipub. intereſt, nō eſſe ſeruandos feſtos dies. l. Prouinciarū. C. de ferijs. quēadmodū ēt frumēta ſulcis mādanda, & vineę ſcrobibus, i. foſſionibus, vel foueis, ne occaſione momenti pereat

cõmoditas cęlesti prouisione cõcessa.

7 In fructibus † etiam ipsis colligendis habenda ratio momenti, ne illorum colligendorum pereat commoditas. vt in l.omnes. C. de ferijs, veluti si tempore sint perituri, idque verisimiliter timeatur ob imbres. Caiet. in summa in verb. Violatio festorum. Nauarr. in Man. cap. 13. num. 16. Azor. sect. part. Inst. moral. lib. 1. cap. 28. vers. Quarto necessitatis. Quarant. in summ. Bullar. in verb. dies festus Paul. Piasec. in praxi Episc. part 2. cap. 3. de Visitat. Eccles. paroch. num. 23. vbi refertur decretū sacræ Congregationis in hanc sententiam, & de obseruādis diebus

8 festis. Sic etiam † tempore messis & vindemiarum ius dicitur, vbi res, vel actio est tempore peritura, l. 1. §. fin. l. solet. ff. de ferijs.

SVMMAE.

1 *Exceptio iuris tertij non habet locum, nisi in certis casibus.*

2 *Exceptio iuris tertij habet locum, vbi ipso iure est exclusiuum intentionis agentis.*

3 *Exceptio prædicta habet locum, quando interest excipientis.*

4 *Exceptio iuris tertij an habeat locum in summarijs, & in executiuis.*

5 *Exceptio prædicta habet locum contra heredem petentem totam hereditatem, alijs existentibus coheredibus.*

Contra haredem petentem totam herereditatem excipi solet, eum parem habere, vel proximiorem in gradu.

CAP. XXII.

De exceptione iuris tertij.

1 VSitata est illa † forensis exceptionis formula, quę respicit ius tertij, cui non semper locus est. immò vero regula constituitur, non esse illi locum, nisi in quibusdam certis speciebus. l. loci corpus. §. competit. vbi Doctor. ff. si seruit. vind. l. si quis emptionis. §. fin verò nullum, C. de præscripr. xxx. annorum l. cum seruum C. de seruis fugit l. 2. ff. de except. rei iud l. indebiti. §. sed & si nūmi. ff. de cond. ind. Natt. consil. 419. nu. 11. Thes. decis. 4. Surd. decis. 144. num. 17. & seq. Adrian. Neguś. quęst. 302. & 369. Surd. cons. 150. num. 88. Laderch. cons. 8. num. 12.

Præcipuus casus, in quo opponi

2 potest de iure † tertij ille est, quando ipso iure est exclusiuum intentionis agentis. Surd. decis. 280. num. 5. l. fi. C. de rei vind. Stephan. Gratian. Discept. 526. num. 50. Neguś. d. quæst. 302. num. 11. Alb. cons. 342. num. 28. cons. 497. num. 10. cons. 505. num. 5.

3 Secundus quando † interest ipsius excipientis Thes. d. decis. 4. nu. 7. Surd. d. decis. 144. num. 20. & decis. 301. num. 15. Alios casus potest quilibet facilè reperire penes citatos Doctor.

4 Est tamen obseruandum † in executiuis, & in summarijs non admitti exceptionem iuris tertij. Alb. consil. 664. nisi incontinenti posit probari, secus si altiorem requirat indaginem, & ideo ad iudicium ordinarium erit reseruāda. Adrian. Neg. locis citatis.

Hūc pertinet quæstio illa, de qua Thes. d. quæst. 4. num. 8.

5 Petebat † Titius vniuersam hęreditatem defuncti Sempronij. Excipiebant rei conuenti, alios adesse cohæredes, & ideo illi obstare exceptionem iuris tertij, cum non tota hæreditas, sed pars ad actorem spectaret. Propositis in hac quæstione vtrinque argumentis decidit Thes. huiusmodi exceptione actorem posse sūmoueri. l. 2. ff. si pars hęred. pet. Passim igitur opponitur illa exceptio. Parem habes, vel proximiorem

in

in gradu. Surd. dicta decif. 144. nu. 18. & conf. 48. num. 19. Cui exceptioni videbatur non eſſe locum, vbi intra breue tempus cohęredum non agentium ius eſſet periturum. Sed aliud placuit. Theſ. d. deciſ. 4. in fine, quem & nos ſequimur, quia quandiu cohęredes adire poſſunt, tamdiu verum eſt non poſſe ab vno totam hæreditatem peti.

SVMMAE.

1 *Continuatio munerum, & honorum non debet fieri.*
Vacationum tempora.
2 *Honorum, & onerum vacatio.*
Legatione perfunctis datur vacatio.
3 *Magiſtratus non continuandi.*
4 *Continuatio honorum non ſolum in eodem prohibetur, ſed etiam inter patrem, & filium.*
5 *Vacationum tempora, quibus debeant prodeſſe.*
6 *Continuatio honorum, & munerum in quibus impeditur.*
Interualla honorum, & munerum in quibus locum habeant.
7 *In interuallis honorum, & munerum diſtinctio.*
In cōtinuatione honorum & munerum diſtinctio.
8 *Continuationem honorum, et munerum vnus tantum de vniuerſitate impedit.*
Protectoribus carceratorum Senatus ſole vacationem muneris concedere.
9 *Vacationes munerum in quibus caſibus non habeant locum.*
Munere duplici, quando quis fungatur.
10 *Munera ante ætatem non capeſſenda.*
Aetas munerum, & honorum.
Honores per gradus deferendi.
11 *Continuari ſibi munera, an quis pati poſſit.*
12 *Tiberius Cęſar ſolitus munera iiſdem continuare.*
Cuius rei quæ nam fuerint cauſa.
Famianus Strada è ſocietate Ieſu.
Apologus muſcarum.
13 *Antoninus Piu. nulli viuenti ſucceſſorem dedit, niſi Orphito.*
14 *Magiſtratus an perpetui, eſſe debeant, an temporarij.*

CAP. XXIII.

De non continuandis muneribus, & honoribus.

1 SI continuentur † honores, & munera & incontinenti munus vnum poſt alterum eidē deferatur, poterit recuſari: interualla enim tēporum requirunt munera, & honores. Hæc ſunt vacationum tempora, vt in rubr. Cod. de honoribus, & muner. lib. 10. cum legibus eiuſdem tit. l. Diuus. ff. ad municip. l. filio. ff. de legat. Pręſcribuntur autē interualla temporum ſiue vacationum in l. 2. C. de hon. & mun. lib. 10. vt videlicet
2 ab honoribus † ad eoſdem honores quinquennij detur vacatio. Quod procedit etiam in oneribus. l. nauicularij. ff. de mun. & honoribus. Ad alios autem datur triennij vacatio. legatione perfunctis datur bienniū. Fuit & quinquennium lege Augusti,
3 à † Magiſtratu vrbano ad Prouincialem. Fuit & olim lex, ne quis eundē Magiſtratum intra decem annos caperet. auctore Liu. lib. 7. & 10. Cicero hanc legem condit: *Eundem Magiſtratum, ni interuenerint decem anni, ne quis capito.* Cuiac. in d. l. 2. Appian. lib. 1. Bellorum ciuil. Tiraq. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. in præfat. num. 24. Addo latiſſ. hac de re agentem Stephan. Gratian. lib. 1. Diſcept. Forenſ. c. 184. nu. 9. cū ſeq. Factū fuit S. C. vt refert Liu. lib. 3. De non cōtinuandis Magiſtratibus, Maſtrill. vide de Magiſtrat. li. 1. c. 23. Ne-

4 Neq; verò solùm † in eodem prohibentur continuari honores, sed etiam inter patrem & filium; Veluti si pater, & filius in potestate sint decuriones, ex quorum numero sumuntur illi, quibus honores, & munera mandantur, & pater hoc anno Decurionatu sit functus, nam incontinenti, sequenti videlicet anno filius eodem munere non debet fungi, pater enim & filius vnius vice sunt. d. l. 1. C. de mun. & hon. vbi Cuiac. Va-
5 cationum autem concessa tēpora † nō alijs prodesse possunt, quam his, qui ad eosdē vel alios honores, eademq; vel alia munera denuo vocantur. d. l. 1. Propter honorem igitur vel munus, quo functus fui, ego tātùm vacationem habeo certi temporis, non alius ita, vt nec filius meus habet propter me. Quamobrem ita Bart. concepit summam dictæ legis, vide-
6 licet Continuatio † honorum, & munerū impeditur in his, qui idē sunt, vel quasi. Interualla autem in his tātùm, qui idē verè sunt, locum habet. Et ideo neq; quo ad filios procedūt, neq; quo ad fratres, licet hæreditatem paternā pro indiuiso possideāt.
7 d. l. fin. C. eodem Circa † interualla autem distinguitur, an munera sint cum sumptu, an sine sumptu, vt primo casu filius meus propter me habeat vacationem, altero secus. Quoad cōtinuationem honorum, & munerum nulla fit distinctio, quidquid tradant alij. Cuiac. & gloss. in d. l. prima.
8 Est autem adeò interdicta † continuatio munerum, vt vnus tantum ex vniuersitate possit eam impedire. Id enim suadet odium perpetuæ gubernationis. Gratian. d. cap. 184. num. 16. Franc. decis. 609.

Neque verò solum iure communi, sed etiam iure municipali passim cauetur, vt honores, & munera non continuentur, sed tempora certa vacationum præscribuntur. & ideo Senatus Mediolani anno 1554. die 30. Martij Protectoribus Carceratorum S. C. concessit vacationem illius muneris, quod voluit biennio terminari.

Quæ tamen ita sunt intelligenda,
9 modo alij idonei reperiantur, † nam in subsidium cessant interualla vacationum, continuanturq; munera. l. honor §. pen. & fin. ff. de muner. & honor. Cuiac. & alij in d. l. 1. Costa dē remed. subsid. remed. 78. vbi etiam in subsidium ait posse aliquem dupli ci munere fungi, quod videatur incōpatibile. Ideo videmus in paruis Oppidis, & Villis solere iudices fungi etiam vice notarij ab actis.

Idem esset dicendum, quando alicui esset mandatum munus, quod alioquin cogeretur imperfectum relinquere cum maximo damno Reipublicę; nam tunc non debet etiam elapso tempore ab eo amoueri, sed continuationi erit locus, donec absoluat ille, qui inchoauit, Ioan. Petrus Ala de Christiano & Polit. Decur. q. 76.

Continuationem etiam permittit Franc. decis. 210. vbi à diuersis quis fuit electus, sed neque ante tempus,
10 & legitimam † ætatem debet quis ad munera, & honores adspirare. Pacat. in Paneg. Theod. refert nemi nem vnquam apud Romanos tantū valuisse nobilitate, vel gratia, vel pecunia, qui annos lege comitiali præscriptos festinatis honoribus occuparit; Et si qui ante admissi sunt, ijs ob egregiam virtutis indolem benignè Senatus indulsit, & vbi meritorum laude ætatis præiudicia superarunt, vt loquitur Cass. var. lib. 3. Epist. 5. cùm etiam in capessendis honoribus annus cœptus pro completo habeatur. l. ad remp. §. 1. ff. de mun.

mun. & hon. Vide Ian. Lang. lib. 7. Semeſtr. cap. 10. Per gradus etiam deferendi, & capeſsendi honores, non autem per ſaltum, & celeri præcipitique curſu ad apicem dignitatum contẽdendum. Idem Langl. latè lib. 7. Semeſtr. cap. 1. quod tàm iure Pótificio, quàm Cęſareo habet locum, l. vt gradatim. ff. de mun. & honor. l. honor. §. gerẽdorum. ff. eod. c. vnico. De cler. per ſaltum promoto. latè Menoc. De Arbitr. caſ. 564. lib. 2. cent. 6.

Quæritur quid ſtatuendum eo ca-
11 ſu, quo electus † patitur ſibi continuari munera, neq; vti vult interuallis præfinitis vacationi. Diſtinguendum cenſeo; Aut interualla ſunt conceſſa fauore ciuis, vel Decurionis. Exemplum in muneribus cum ſumptu & ſimilibus, aut fauore reipubl. vt ſi non adſit ſumptus. Priore caſu poteſt renunciare ciuis fauori ſuo, & fungi muneribus, altero prohibetur continuatio, locuſq; erit vacationi. Io. Plat. in d. l. 1. & idem. I. C. Ala d. quæſt. 76.

12 Cęterùm memoriæ † traditum eſt à pleriſque Tiberium Cęſarem ſolitum Magiſtratus iiſdem cõtinuare, quibus ſemel mandauerat, raroque Præſides mutaſſe, & pleroſq; ad finẽ vitę in iiſdem exercitibus, ac prouinciis habuiſſe, adeo, vt teſte Ioſepho Antiq. Iud. lib. 18. cap. 8. quo in loco cunctatorem appellat Tiberium, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 88. in fine toto Imperii tempore, ideſt vigintitrium annorum ſpacio duos Iudęis Rectores impoſuerit, Gratum, & Pótium, nec ſe aliter geſſerit in aliis prouinciis.

Eius rei cauſa inquit Tacit. libro 1. Annal. *Varia traduntur: aut tædio nouæ curæ ſemel placita pro æternis ſeruauiſſe, aut inuidia ne plures fruerentur, aut demum quia, vt callido ingenio erat Tiberius, ita anxio iudicio neque eminentes virtutes ſectabatur, & rurſum vitia oderat. ex optimis periculum ſibi, à peſſimis dedecus publicum metuebat*. Gratian. d. cap. 184. num. 11. Verùm has cauſas non probat vir eloquentiſſimus Famianus Strada è Societate Ieſu in ſuis elegantiſſimis proluſionibus lib. 1. proluſ. 2. reprehenditque Tacitum tamquam coniectorem, & perperam vaticinãtem, & diuinantem cauſas Tiberianæ cũctationis. Eius moris, & moræ Ioſephus loco quem ſupra, & d. cap. 88. in fine laudani, hanc affert cauſam, videlicet. *Poteſtates autem ſemel conſtitutas, ideo ſe ſinere, vt parcatur ſubditis. Cùm enim natura omnis magiſtratus ad auaritiam ſit pronior, externũ cui nullus ſit præſtitutus terminus, eò magis ad rapinã ſolicitare homines. Itaque ſi diutius eo fruantur exſatiatos lucris, ſegniores ad rapiendum fieri. Quod ſi ſucceſſor immineat, non ſuffecturos eorum auiditati prouinciales, dũ deceſſor tanto magis ſpoliat, quanto minus temporis ad hoc faciendum ſibi putat reliquum.* Hanc ego rationem refellerem, niſi ridiculi cauſa, eandem in medium allatam putarem. Quod etiam apologus muſcarum idipſum confirmat, nimirum eius cauſæ auctorem riſum captaſſe, neque eam cõuenire ingenio ſeuero, & tetricis moribus Tiberii; ſubiicit enĩ Ioſephus, *Vtebaturq;* Tiberius videlicet *hac ſimilitudine. Conſauciati cuiuſdam vulnera muſcæ agminatim ingruentes operuerant. Eum quidam forte fortuna prætcriens miſeratus eſt, putans languidiorem, quàm vt illas poſſet arcere, accedenſq; propius, parabat eas depellere. Orante autem ſaucio, vt ſic eum ſineret. quæſiuit alter cauſam, cur ita liberari ab hac moleſtia negligeret. tum ille: immo his abactis mihi maiorem moleſtiam faceres: nam hæ iam ſaturatæ ſanguine, remiſerunt nonnihil. Quod ſi re-*

si recentes accederent, & famelica, me iam ante pessime affectum facilè perderent. Quare se quoque aiebat hac ratione prouidere subditis, multorum rapacitate vexatis, qui more muscarum eos infestarent, maximè si ad innatam cupiditatem metus citò desinendi
13 *accederet*. Laudatur † Antoninus Pius, quòd nulli viuenti successorem dederit, nisi Orphito præfecto vrbi, sed petenti Mastrill. d. cap. 23. ex quo habes licet plures rationes suadeant oportere Magistratus esse ppetuos,
14 tamen† multo plures, & meliores ex altera parte allegari, minoraq; incommoda ex mutatione, quam ex continuatione posse consequi. Sed antiqua fuit quæstio. An debeant esse perpetui Magistratus, an ad tempus mutari. Camill. Borell. De Magistrat. edictis lib. 1. cap. 12. Nonnulli Platonis sequuntur sententiam, existimantis perpetuos esse debere Magistratus instar regiæ potestatis, quo maior prudētia ipsis, maior reuerentia popularibus sit. Diuersum sequuntur alij iuxta Aristotelē, quòd quemadmodum in corporibus, ita in animis quędā senectus est ad res gerendas inepta. Præterea rebus communibus expedire, vt singuli rectores intelligant ita imperium datum, vt reddant, & ijs legibus datū, ad quas reuertendum sit. Plerique Principes & Respubl. mutant frequenter Magistratus, ne vitijs corrumpantur, & socordia, ne degenerent in tyrannidem, existimantes ex interuallo assuefaciendos æquo iure cum cœteris viuere. Hæc habes ex Io. Marian. Hispan. De Rege, & Regis institutione, lib. 3. cap. 1. De Magistrat.

SVMMÆ.

1 *Senatus sententia.*
2 *Momentanea sclopi rotati delatio excusanda.*
3 *Momento temporis commorātes in ditione Mediolanensi contra Principum præcepta & edicta excusantur.*
4 *A pœna comminata potest, & solet Senatus recedere, neque tunc dicitur gratiam facere.*

CAP. XXIV.

De contrauenientibus temporis momento edictis, vel præceptis Principum.

CVm inter Titium, & Semproniū ventum esset, vt fit, ad arma ex contentionē, Titiusque animaduertisset sibi maximum vitæ periculum imminere ab aduersario, qui tormēto bellico rotato, immo stygij tyrāni inuento in perniciem humani generis, armatus erat, statim in eum irruit, è manibusque illius sclopum extorsit, vel in terram excussum arripuit, & secum domum tulit. Coniecti fuerunt ambo in carcerē. Sempronius, quem apparebat sclopum habuisse, prætextu minoris ætatis præcipuè se excusabat à pœna ordinaria, quæ ex edictis Principum est remi septēnalis. Titius allegabat se tuendæ vitæ gratia sclopum abstulisse animumque habuisse eum iudici
1 consignandi. Senatus† die 6. Februarij 1620. referente amplissimo Senatore Parauicino condemnauit vtrūque in pęnam remi triennalis. Sempronio profuit minor ætes, ne pęna ordinaria afficeretur. Titio obfuit, quòd non statim sclopum ad magistratū detulerit, sed penes se per aliquot dies detinuerit, atque etiam
2 detulerit. Quòd si momentanea† fuisset detentio, vtiquè impunè id tulisset. Quemadmodum etiam solet tēperari pœna, quam iudices comminantur ita iubente Principe, vel Senatu, ne quis exempli gratia pedem inferat in ditionē Mediolanensem, quod si contra fecerit pęnam subeat vitæ,

vitæ, vel remi. Etenim ſi momento
3 † temporis in hac ditione quis fuerit commoratus, pœna minuitur, vt contigit anno 1619. die 7. Nouemb. me referente in quodam Bartholomęo Salmerono, cui factum fuerat ſimile præceptum comminata pęna vitæ,ni paruiſſet. Captus enim euaſit mortem, & remi quinquennalis pœnam ſubijt, cum allegaretur lapſum eſſe longum tempus à die facti pręcepti,& ita obliuionem pręſumi, atq; etiam allegatum eſſet momento temporis in tranſitu eum in hac ditione fuiſſe palàm, & bona fide;etenim captus fuerat in hoſpitio quo dāpenes Prætoriū Cremonę. Et impunè eſſe ſolet bannito momento tēporis in tranſitu,& in hoſpitio commoranti in ea ditione, à qua ſub pęna vitæ eſt bannitus. Fœnut. de Moment.temp.cap.31.num.18. Et ſolet alioquin ex cauſa Senatus recedere ab ea pena,quam comminatur inferentibus pedem in hoc territorium, neque dicitur hoc facere ex gratia, vbi facta fuit comminatio, cum
4 Senatus ab ea pęna †recedere poſſit, quæ in illius arbitrio eſt poſita. Eandem ob rationem,ſi forenſes, vel bāniti non poſſint, ob edicta Principū, habitare in hac ditione, de his non ſunt intelligenda proclamata, qui rarò & per momentum habitant, vt ſæpè declarauit Senatus. Fęnut.dict. cap.31. in fine, vbi caſus recenſet, in quibus de momento non eſt curandum.

S V M M Æ.

1 Furtum committit non ſolum, qui ſubtrahit rem alienam, ſed etiam qui recuſat reddere.

2 Hæres an ſubtraxerit rem hæreditariam, an illam eſſe talem neget, nihil intereſt in ratione legis Falcidiæ.

3 L. Hæreditatum. ff. ad leg. Falcid. expoſita.

Negantibus pœna impoſita, niſi ſtatim reuocent negationem.

4 Alienam rem detinens, ſtatim eam debet reſtituere. Quandoque etiam ex interuallo poteſt reddere.

In obligationibus, in quibus non adeſt dies, præſenti die debetur.

5 Furti vitiū purgatur celeri reſtitutione.

Receptatores furum qua pœna teneantur, & an eos iuuet celeris pœnitētia.

6 Receptatores delinquentium, & bannitorum, quando non puniendi.

CAP. XXV.

De recuſante rem alienam reſtituere.

1 FVrti † tenetur, non ſolùm qui rem alienā domino ſubtrahit, ſed etiam qui eam recuſat reddere, veluti ſi depoſitarius, commodatarius, & alij ſimiles nolint reſtituere res dominis. latè Farinac. De furtis quæſt.158.part.1.num.5.cum ſeq. vt ſi cōtumaces ſint in reddendo,quod habuerunt, vel etiam, & multo magis ſi negent eas eſſe ipſorum domi-
2 norum,nihil enim intereſt † an hæres ſubtraxerit rem hæreditariam, an illam eſſe talem negauerit, in ratione videlicet legis Falcidię.l.hęreditatū 68. ff.ad leg. Falcid. & in alijs ſpeciebus. Farinac.d.q.158.num.9.

Neque obeſt, quòd æquiparatio-
3 nem ſubtrahentis, & negantis † in d.l.hæreditatum videatur Vlpianus improbare,nam creditum eſt à nonnullis,verba illa, videlicet quod Vlpianus rectè improbat,non ad ęquiparationem, ſed ad factum negantis referenda. Quam expoſitionem reijcio, tùm quia hoc non pertinet ad Iuriſconſultos, tum quia repugnāt verba pcedētia, nimirū, Quidā putant. Exiſtimo igitur Vlpianū improbare ſimplicem æquiparationē,

neque enim semper negans eodem iure, quo subtrahens debet censeri, sed eo tantum casu, quo mendax deprehenditur. Hęc enim est inter cęteras penas quas innumeras dixi mẽdaci esse impositas, supra lib. 1. cap. 63. nisi statim reuocauerint negatio. nem iuxta ea, quæ abundè scripsit Io. Ordelaph. in d. l. fin. num. 768.

4 Qui igitur rem alienam † detinet eam debet incontinenti domino restituere. In omnibus enim obligationibus, in quibus dies non apponitur, præsenti die debetur. l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. eum qui Kalendis. §. quoties. ff. de verb. oblig. §. omnes in Inst. eod. tit. potest tamen quandoque ex interuallo restitutionem facere, interposita nimirũ mora, vt cõgruo loco, ac tempore illam faciat, & interim satis est, vt deliberato animo secum constituat de facienda restitutione. Couarr. in reg. peccatum 1. part. num. 2. vers. secundo, & num. 6. vers. decimo. Ios. Gonz cap. 36. Var. Quęst. num. 52. Im-
5 mò qui † furto rem subtraxit, celeri pœnitentia purgat vitium furti. Farinac. d. q. 168. num. 25.

6 Receptatores quoque † furum, quos quandoq; eadem pœna, vbi nimirum fures, & rem furtiuam receptauerint, quandoque mitiori puniendos esse tradit Farinac. De Consult. quæst. 134. cap. 2. & De Furtis quæst. 168. part. 2. num. 56. Gaspar Thes. lib. 4 Forens. Quęst. Cap. xj. celeris iuuat pœnitentia. Nouis Const. Med. in tit. De pœnis in §. Receptantes, sancitum est, vt receptatores delinquentium non puniantur, si infrà secundam diem post receptationem iudici competenti illos consignauerint, & in tit. De Bannitis, & recept. §. Pœnis impunè ferunt receptatores bannitorum, si incontinenti, idest eadem die, vel sequenti eos consignauerint iudici, ad quem spectant. Et Farinac. in d. tit. quæst. 133. num. 41. & 71. ait non esse puniendum eum, qui statim apud curiam professus est, bannitum in ædibus suis commoratum fuisse, cùm tamen aduersus huiusmodi receptatores bannitorum, & aliorum delinquentium multa sint legibus, & constitutionibus Principum constituta. Thes. Quęst. Forens. xj. lib. 4. Bardell. cons. 126. Camill. Borell. De edict. Magistr. lib. 5. cap. 6.

SVMMAE.

1 *Pœna non committitur, vbi quis ex noua causa, contra cautionem offendit aliquem.*

2 *Pacem rumpenti, potest pax rumpi.*

3 *Aggressorem quis an repercutiat incõtinẽti, an ex interuallo distinguitur, quo ad imponendam pœnam iuris cõmunis.*

4 *Offendens offendentem contra cautionẽ præstitam, an, & quando puniendus pena ordinaria, vel conuentionali, & num. 5.*

5 *Euaginantibus duobus enses ità, vt ignoretur vter eorum prior euaginauerit, Senatus ob incertitudinem vtrũque absoluit.*

CAP. XXVI.

De cautione non offendendi.

1 EX noua causa † si quis offendat alium, cui præstiterat cautionẽ de non offendendo, inita pace, non committitur pœna, vt dixi lib. 1. cap. 23. Farin. De varijs & Diuers. Quęst. quæst. 107. par. 3. art. 32. Inde illud
2 consequitur, vt pacem † rumpenti, pax eadem rumpi possit. Si igitur Titius Sempronium vulnerauerit, poterit impunè Sempronius vulneribus afficere Titium. Neque verò

hoc

hoc caſu diſtinguitur, an incontinenti vulnerauerit, an ex interuallo. Farinac. d. quæſt. 107. art. 32. part.
3 3. num. 404. licet † quoad imponendam pœnam iuris communis, vel ex iure municipali diſtinguatur, an incontinenti, an verò ex interuallo quis repercutiat aggreſſorem ſuum, vt illo caſu locus ſit pœnæ extra ordinem, pro modo exceſſus; hoc autem ordinaria pœna ſit imponenda Farinac. d. quæſt. 107. art. 32. num. 427. & dixi ſupra libro 1. cap. 7. Ve-
4 rum † placet hac in re ita diſtinguere. Aut eodem momento, & inſtanti temporis inuicem Titius, & Sempronius poſt cautionem præſtitam ſe offenderunt ita, vt dignoſci non poſſit, vter eorum prior fregerit pacem; Aut temporis interuallum interceſſit, ità vt appareat alterum ex ijs priore loco offendiſſe. Primò caſu aut loquimur de pœna imponenda iure communi, vel municipali, & illi eſt locus in vtroque offendente, aut de pęna conuentionali, & & tunc, aut illa eſt applicanda parti, & mutuæ compenſationi erit locus, neque enim poteſt iudicari, vter eorum fregerit pacem, & ideo tamquam pacis ruptor nemo poteſt puniri. Clar. in §. fin. Prax. crim. quæſt. 47. verſ. ſed hic quæro. Alexan. in l. cùm proponas 21. C. de pactis, num. 6. Aut eſt applicanda fiſco, & ambo eſſent condemnandi, cum agatur de pœna pecuniaria, ſed ego in eam inclinarem ſententiam, nimirum ob incertitudinem ambos abſoluendos. Sic ſolet Senatus, vbi duo deuene-
5 runt ad arma, & ignoratur † vter eorum priore loco enſem euaginauerit, ob incertitudinem vtrumque abſoluere. Clar. in d. quæſt. 47. verſ. ſed hic, & quæſt. 60. verſ. Vidi ego. Secundo caſu, quando apparet quiſnam fuerit prior in offenſione, & tunc quo ad pœnam iuris communis, vel municipalis res eſt clara, nã vterque eam præſtat, vt ſupra dixi. Quò ad pœnam autem conuentionalem diſtinguitur. Aut ea eſt applicanda fiſco, aut parti. Primo caſu ego eam amplector ſententiam, quòd ſecundo loco offendens nullam teneatur pœnam fiſco pendere, etiam ſi ex interuallo offenderit. Etenim pœna in eum caſum videtur promiſſa, vbi pax rumpatur; ſed ſecundo loco offendens non rupit pacem, quam primus iam diſſoluerat. Honded. conſ. 89. num. 62. vbi latè hac de re, niſi addita ſit clauſula. Rato manente pacto &c. Honded. ibidem num. 68. Farinac. d. art. 32. num. 42.

Secundo caſu, Aut quærimus, an ſecundus offendens teneatur ſoluere pęnam conuentionalem parti, & clarum eſt non teneri: Aut quærimus; an poſſit ipſe exigere pęnam à primo, & negat Farinac. d. art. 32. num. 431. nam tunc compenſationi erit locus, licet contrariam opinionem ea ratio poſſit ſuadere, quod videlicet ſemel rupta pace per offenſam primi, potuerit ſecundus impunè ita offendere, vt etiam pęnam iam ſibi quæſitam ex conuentione conſequatur, niſi dicatur ſecundum offendentem vltione ſibi ſatisfeciſſe, & renunciaſſe pęnæ, quam ex prima offenſione conſequi poterat, poſtrema offenſione.

S V M M Æ.

1 *Magiſtratum obtinens munera non poteſt accipere.*
Munera non debent accipere officiales.
Sportulas, & ſalarium percipiunt officiales.
2 *In officio delinquentes puniendi.*
Officiales delinquentes in officio condem-

damnatos ad remum.
3 *Munera an quis possit accipere finito officio.*
4 *Iudex an possit munus accipere post latam sententiam.*
5 *Munera illicita, quæ statim post sententiam mittuntur Iudici.*
Munera Sapientum oculos excæcant.
6 *Iudex non debet se aliena pecuniæ, aut muneris alicuius contactu fœdare.*
Contra Iudices auaros.
Munuscula, & xeniola, an permissa.
L. solent §. legatos. ff. de offic. Proc.
7 *In munusculis accipiendis præclara sententia Vlpiani.*
Leuidense munus.
Leuidensa vestis genus.
Munera inter hospites olim erant vestes.

CAP. XXVII.

De crimine repetundarum. De muneribus, & xeniolis.

1 QVi sunt in † Magistratu, munusvè aliquod publicum gerunt, nil præter salarium, sportulasvè licitas consequantur, nè à sponte dantibus quidem. Nam qui
2 vi pecunias † extorquent, seuerissimè solent puniri, & meritò. Vide hac de re vberrimè agentem Mastrill. lib. 6. De Magistrat. cap. 8. Graues pęnæ imponuntur iusdicentibus, & officialibus delinquentibus in officio in Nou. Constit. Med. in tit. de Off. Vicariorum Generalium, & hoc anno 1619. die 3. Augusti referente Egr. Fiscali Torniello, vt est apud Egr. Secretarium Marchesonium, quidam I. C. Neapolitanus, cuius nomini parco, licet ipse nulli in extorquendis pecunijs pepercerit, fuit à Senatu priuatus perpetuò facultate exercendi officia, condemnatus in pęnam quadrupli, & remi per quinquennium, licet postea commutata pęna, cum remo non esset aptus.
3 Verùm an ne † poterit quis finito Magistratu accipere munera? Et crediderim debita ante officium, vel etiā durante officio, eum posse accipere. Mascard. De Probat. concl. 164. nu. 16. vbi tamen constet de debitis. Mastrill. d. cap. 8. num. 38. Inmò creditum est, etiam post † sentētiam pos-
4 se iudicem aliquid accipere ab eo, pro quo lata est sententia, vbi detur remunerandi gratia, neque initio actum sit de aliquo munere. Mascar. d. concl. 164. num. 14. & 15. Verum res est valde periculosa, neque temerè permittenda huiusmodi munera etiam post sententiam, quia quidquid dici possit apud Deum, quem haud fallet iudex improbus, hac veluti aperta fenestra, facilè erit reos repetundarum tueri, etenim solutione in tempus post sententiam dilata, implebitur præcedens promissio, legiq; fraus fiet, nihil enim refert pręmio, an spe præmij, suspensa, an transacta lite quidquam à iudice fiat. Petrus Ærodius lib. 9. rer. iud. cap. 24. Multo magis illicita sunt mu-
5 nera † data statim post latam sententiam, vel paulo post finitum officiū, nam de ijs dandis præsumitur antea conuenisse inter dantem, & accipientem. Purpurat. consil. 396. num. 44. Mastrill. d. cap. 8. num. 38. Præclarè Mosis socer cum generū accusaret, quasi totius populi lites solus cognosceret, onus longè supra vires, *Delige inquit, ex omni populo viros potentes, qui Deum timeant, fidem colant, auaritiam odio habeant.* Odium auaritiæ inter cętera requirit, nam pecuniæ amor, & studium sæpè numero homines trāsuersos ad iniquitatem agit. Munera vti alio loco ait Moses, *Sapientum oculos excæcant, ne lumen videant, quod affertur, & rectorum hominum verba commutant, pro alijs alia substituendo.* Mosem, vt in

alijs

alijs multis, secutus Plato lib. 11. De legibus capite sanciẽdum existimat, 6 si iudex se alienæ † pecuniæ, aut muneris alicuius contactu fœdàrit. Io. Marian. Hispan. è societate Iesu De Rege, & Regis institutione, libro 3. initio Cap. xj. de iudicijs. Valeant igitur iudices illi, qui manum habent supinam semper ad accipiendum paratam, in quos illud conuenit Aristoph. *Manum supinam porrigentes, stant velut nihil daturi, sed recepturi magis*. Sunt tamen concessa xeniola, & munuscula, quæ propriè hospitibus dantur, à quibus libentissimè abstineo, sed videtur inhumanum quandoque, & Stoicorum horridæ disciplinæ consentaneum, munuscula à consanguineis, & amicis, oblata repudiare. Vide Petrum Ærodium lib. nono rer. iud. cap. 24. vbi plura hac de re, & inter cętera narrat nescio quem Iudicem à minimis etiam abstinuisse; & ideo omnibus odio fuisse, quod nihil æqui, humanique de eo sperarent homines, qui omnem vrbanitatẽ, humanitatemq; fastidiret. Solet raritas displicere, & quędam virtutes inquit Pętus apud Tacit. odio sunt, seueritas obstinata, inuictusq; aduersus gratiã animus. Neq; vero amicorum numero censendi, qui veluti viscatis, & hamatis muneribus id agunt, vt Iudicem in suas partes siue iure, siue iniuria trahant: quamquam illud, vbi videlicet iusta est causa litigatoris, vt nũc sunt mores, quoquo pacto, collatione facta ad maius malum, ferendum, hoc, vbi nimirum iniustè agũt, nequaquam. Bellè Vlpian. noster in l. solent. §. legatus. ff. de off. Proconf. iuxta vetus dictum, rem totam in vniuersum in xeniolis accipiẽdis diffinit. *Neque omnia, inquit accipienda,* 7 *neq; quouis tempore † neq; ab omnibus. nam valdè inhumanum est a nemine accipere, sed passim vilissimum est, & omnia, auarissimum*. Politian. Miscell. c. 95. Alciat. in l. inter. 194. ff. de verb. signif. Scribit Modestinus. *Plebiscito cõtinetur, vt ne quis Præsidum munus, donumvè, caperet, nisi esculentum, proculentumvè, quod intra dies proximos prodigatur*. Vide quod scriptum est in Historia Fori Romani Francisci Polleti, lib. 5. cap. 10. & seq. & apud Menoch. vberrimè hac de re agentẽ lib. 2. cent. 6. De Arbitr. cas. 517. Incidi nuper in locum Ian. Langl. lib. 6. c. 1. Semest. vbi latè agit de xenijs, donis, muneribus, & sportulis. Adde Molin. vbi Hier. Port. in suo Repertorio in verbo Iudex nu. 19. Leuidense igitur munus quandoq; possumus accipere hoc est tenue & leue, iuxta illud Ciceronis, *Sed ego hospiti veteri, & amico munusculum mittere volui leuidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera*, quamquã Doctis magis placet illa lectio, nimirum Leuidensæ crasso filo, Leuidensa enim est vestis genus raro contextu, & crasso. Olim inter hospites xenia vestes in primis erant. Vide Parœmiographum.

SVMMAE.

1 *Immunitas ob numerum xij. liberorum. Nou. Const. concessa, licet duodecimus in vtero matris existat.*

Tẽpus petitionis immunitatis spectatur.

2 *Immunitas cõceditur sumptis informationibus, de numero liberorũ, et modo xij. in vtero existens viuus edatur.*

3 *Immunitas prædicta cõcessa per Senatũ ẽt defuncto patre, superstitibus vndecim filijs, & ventre pragnante.*

4 *Ad immunitatem prosunt filij, qui ingressi sunt aliquam religionem.*

5 *Immunitate vt gaudeãt filij satis est, eos pseuerare in cõione bonorũ paternorũ.*

6 *Immunitas xij. liberorũ concedenda ẽt si duodecimus filius statim moriatur.*

Partus immaturus an habeatur pro nato quoad successionẽ actiuã, et passiuã.

CAP.

CAP. XXVIII.

De Immunitate xij. liberorum, & an concedatur, vbi vndecimus statim mortuus est.

NOuis Cōstitutionibus Mediol. in tit. De immunit. & iure xij.
1 liberorum, cauetur, vt † ob numerum xij. librorum quis immunitatē consequatur, licet duodecimus in vtero matris existat. Spectatur autem tempus petitionis, vt censuit Senatus sæpè, & die 25. Augusti 1621. ita vt si aliqui postea deficiant filij, tamē cōcedatur immunitas. Variæ existunt quotidie quęstiones circa prædictam immunitatem, & earum Constit. interpretationem, quæ solet concedi sumptis informationibus, & ex formula Senatus, existente duodecimo filio in vtero, modò viu⁹ edatur. Cost. De Retrotract. cap. 2. num. 4. Immò defuncto patre superstitibus
3 liberis † vndecim, & ventre prægnāte Senatus admittit eos ad ius XII. liberorum. Quod censuit in causa D. Lucretiæ Biliæ vxoris D. Herculis Pusterlæ anno 1545. die 7. Martij. Alias declarationes circa immunitatem vide in ordinibus Senatus
4 impressis. Non omitto † eos filios, qui nomen suum in aliquam religionem, tanquam in sacram militiam dederunt, ex sententia Senatus recensendos in numerum XII. liberorum. Et satis est filios post mortē
5 patris † remanere in communione bonorum paternorum, vt decreuit Senatus in mutuis precibus Calciatorū, & Com. Nouariæ anno 1603.
6 die 7. Iulij. Sed quid si † duodecimus filius statim natus moriatur? Et credo immunitatem esse concedendam, nam iuxta formulam satis est viuum nasci. Et cùm agatur de re fauorabili, hæc omnino est recipiēda opinio, iuxta ea, quæ tradidi supra lib. 1. cap. 43. & Boer. decis. 220. Magon. decis. Florent. 41. & latè in istis terminis probat Camill. Borell. cons. 28. quam sententiam optimis rationibus defendit. Ioan. Baptista Vicecomes. nunc Senator amplissimus, collega meus, & Iulius Cęsar Caluinus orator Dertonæ meus affinis. Ita cēsuit Senatus anno 1599. die 18. Maij in causa Villæ, & anno 1616. die 15. Ianuarij referente ampliss. D. Senatore Calliento, & anno 1619. die 2. Octobris referente eodē amplissimo Senatore Vicecomite. Plures alios in hanc sententiam congessit Marius Giurba in Consuet. Senat. Messan. cap. 1. gloss. 4. part. prima. num. 40. & seq. vbi etiam agit de successione actiua & passiua partus immaturi, de quo d. c. 43. egi.

SVMMAE.

1 *Aduersaria tabulæ sunt tumultuaria.*
2 *L. 1. §. 1. ff. de edendo sententia. Alciatus reprehensus.*
3 *In Prætoris albo olim formulæ actionū scribebantur.*
4 *Aduersarius quis.*
5 *Aduersaria an probent. L. Nuda ratio. ff. de donat. Mercatorum diarijs, vulgo giornali, an credendum.*

CAP. XXIX.

De Aduersarijs, siue memorialibus.

1 ADuersaria sunt † tabulæ tumultuariæ, & memorię gratia cōscriptę, in quibus rationes scribuntur, & deinde in iustum codicem referuntur, qui liber Magister vulgo solet appellari, cùm illę giornali dicantur. De istis tabulis tumultua-
2 rijs accipi putat † l. 1. §. 1. ff. de edendo. Alciat. lib. 2. Dispunct. cap. vlt. legit enim Aduersaria, quasi sit sensus, eum dici edere, qui aduersaria, idest

ideſt tabulas iſtas producit ad albũ Prætoris. Verùm in expoſitione rubricæ. C. de edendo admonui falli Alciatum in eius loci expoſitione, & lectione, cùm ibi ille dicatur edere, qui aduerſarium producit ad album
3 † Prętoris, in quo formulę actionũ ſcribebantur, illique indicat, quam nam actionem velit intendere. Reuard. lib. 1. Protrib. cap. 4. Hug. Donell. De iur. ciu. cap. 4. lib. 2. Duar. li. 1. Diſput. Ann. cap. 13. Iac. Cuiac. lib. 8. obſeru. cap. 15. Vide Menoch. lib. 2. cent. 3. De Arbit. caſ. 209. num. 17.
4 † Aduerſarius igitur in d. l. 1. §. 1. eſt ille, cum quo nobis lis eſt. c. aduerſarius. De eo, qui mitt. in poſſeſſ. Dec. in l. 1. C. de edendo, & in c. 1. in ſec. interpret. de iud. num. 5.

Hæc aduerſaria, ſiue diaria, q̃ etiã
5 Ephemeridas dicimus † minimè ꝓbant. Doct. in l. ſcriptura. ff. de fide inſtru. nec pro ſcribente, nec contra illum. Iaſ. in repetitione. l. admonẽdi. nu. 115. ff. de iureiur. Maſcar. cõcl. 977. num. 19. Hond. conſ. 39. nu. 53. lib. 2. l. nuda ratio. ff. de donat. neq; enim fuerunt idcirco ſcripta, vt illis crederetur, ſed memoriæ gratia, vt poſtea in illis ſcripta perfectè in codicem iuſtum referrentur, & cùm non ſit facta relatio, cenſentur non ſcripta, & neglecta. Polyd. Rip. lib. ſing. obſer. cap. 45. in fine.

Latè Nicol. Gen. De priuata ſcriptura. lib. 4. De libris ration. nu. 130.

Verùm non eſt hoc perpetuum, nam quandoque probant ſaltem ſemiplenè, vt apud prædictos eſt videre. Et præſertim probant, vbi ſtatim mortuus eſt, qui ſcripſit ita, vt non potuerit in illis ſcripta referre in iuſtas tabulas. Polyd. Ripa. d. lib. ſing. obſer. cap. 45. num. 8. & ſeq. vbi intelligit. d. l. nuda procedere in pactione nuda, quod ego non probo, cùm pacti ibi nulla fiat mentio, in quo duorum requiritur conſenſus, ſed rationis tantum, & quidem nudæ, à cauſa videlicet.

Quidquid ſit prędictam limitationem non ſequor ſimpliciter, niſi alia interueniant adminicula, nam licet mors ſtatim ſit conſecuta, atque adeò repentinò ita, vt nõ potuerint ſcripta in memorialibus referri in tabulas, tamen non plenè illis eſt credendum, cùm non perfectè eas ſcripſerit mercator, vel alius, ſed tãtum annotauerit aliquas res memoriæ gratia, ad cuius ſubſidium ſolemus huiuſmodi diaria conſcribere. Non debẽt igitur probare contra propoſitum & conſilium ſcribentis. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. & licet ceſſet ratio illa, quod non habuerit illas particulas pro non ſcriptis, cùm non potuerit relationẽ facere in iuſtum Codicem, tamen viget alia, quod nimirum imperfectè, & in libro minime perfectò eas ſcripſerit, quodque non adfuerit animus ſcribendi probationis gratia, ſed memoriæ tanum. Cic. pro Q. Roſcio, quem refert Alciat. d. cap. fin. negligenter affirmat ſcribi aduerſaria, deleri ſtatim, mẽſtrua eſſe, parui temporis memoriam fidem, & religionem amplecti, nam ſummatim in his, & tumultuariè ſcripta, poſtea ſolemus diligentius æſtimato calculo in libros rationũ referre. Quamobrem non mirum ſi ſola aduerſaria non probent, niſi alijs adiuuẽtur adminiculis. Idem Cic. Pro Q. Roſcio. *Vſque adeò ne te diligis, & magnificè circumſpicis, vt pecuniam, non ex tuis tabulis, ſed ex aduerſarijs petas. Suum Codicem teſtis loco recitare arrogantiæ eſt, ſuarum præſcriptionum & litturarum aduerſaria proferre non amentia eſt?* Et Manutius in eum locum ait, in huiuſmodi aduerſarijs, ſiue diarijs, quæ poſt menſem conſcinduntur, confuſè

sė dierum singulorum acta præscri bi ità, vt si quis in eo peccet, fraudi ei non sit. Crediderim igitur non esse plenė credendum diarijs, licet mercator intra mensem sit mortuus ita, vt non potuerit referre scripta in codicem. Eo tamen casu magis probabunt, quam in alijs.

SVMMAE.

1 *Dotem datam esse probare debet maritus, qui eius lucrum vult consequi.*
2 *Statuto nitens debet probare se esse in casu Statuti.*
Statuti verba propriè debent accipi.
3 *Dos in dubio non censetur constituta.*
Matrimonium potest esse sine dote.
4 *Dotis constituta coniectura.*
Dotis lucrum an habeat locum in dote præsumptiua.
5 *In Dotem non præsumuntur bona data marito, licet lōgo tēpore ea possederit.*
6 *Vxor si constituerit maritum procuratorem ad exactionem legati, non censetur in dotem illud dedisse.*
7 *Dotis lucrum non habet locum in dote nulla.*

CAP. XXX.

De dotis constitutione præsumenda.

1 VBi maritus † lege aliqua municipali lucrari vult dotem, debet sine dubio probare, eam esse datam, constitutam, vel promissam, iuxta verba quibus conceptum est statutum, deferens huiusmodi lucrum, vt dixi supra lib. 1. cap. 164. Etenim, qui † statuto aliquo nititur, ꝓbare debet, se in casu statuti existere, & qualitates omnes à Statuto requisitas interuenisse. Surd. conf. 248. nu. 19. decis. 305. nu. 41. proprieque verė, & cum effectu verba statuti debent accipi. Surd. decis. 174. nu. 1 decis. 9. nu. 4. decis. 313. nu. 4.
2
In dubio igitur non censetur con-
3 stituta dos, cum † matrimonium possit esse sine dote, & ita non erit locus statuto. Surd. decis. 211. nu. 27. Quamobrem enumerātur quamplurimæ à Doct. coniecturæ ad probandam constitutionem dotis saltem præsumptiuė, & præcipua est, quan-
4 do † alteri iam nupserat mulier dote cōstituta. Menoch. conf. 5. & lib. 3. præs. 6. Mantic. de Tacit. & ambig. cōnuent. lib. 12. tit. 13. 15. & 20. Stephan. Gratian. libr. 2. Discept. Forens. cap. 367. num. 14. Dixi libro 1. cap. 98. nu. 12. Creditum est enim, lucro dotis locum esse etiam in dote præsumptiua. Menoch. d. cōs. 5. Tort. ad stat. Ticin. 121. nu. 34. Surd. conf. 397. nu. 23. licet dissentiant ab hac opinione Christ. Torniol. conf. 3. nu. 4. & congesti per Mantic. d. libro 12. tit. 20. numero 1. & 5. & per Tort. d. nu. 34.

Amplius censuit Alex. conf. 122. nu. 12. lib. 7. non censeri data bona
5 in dotem marito † licet ea possederit longo tempore puta per decenniū, sciente, & patiente vxore, fructusq; perceperit, maximė existente statuto, quòd lucrum dotis deferat marito; tunc enim agitur de re maximi præiuditij, & ideo subijcit Alexander ibidem multo minus ex actu incontinenti, & momento temporis explicato, censeri data bona in dotē,
6 veluti † si vxor constituerit maritum procuratorem ad exigendum legatum sibi factum.

Cęterùm vbi nulla est promissio
7 dotis, vt puta si facta † sit à minore sine solemnitatibus, non erit locus lucro dotis, iuxta tradita per Rol. De lucro dotis quæst. 45. num. 2. Rimin. Iun. conf. 189. num. 1. & 5. lib. 2. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 367. num. 24.

SVM-

SVMMAE.

1 *Pactum redimendi minuit rei aſtimationem Dicitur pars pretij.*
2 *Pactum incontinenti adiectum, dicitur pars pretij, ſecus ex internallo.*
3 *Ad redimendum quis admitti ſolet, etiam poſt tempus ob iniuſtitiam pretij, & Senatus hanc ſequitur aquitatem.*
4 *Pactum redimendi non minuit pretiũ, vbi magna eſt iniuſtitia.*

CAP. XXXI.

De Pacto redimendi.

1 PActum redimendi † minuit rei æſtimationem, & pars pretij intelligitur. l. fundi partem. ff. de contr. empt. c. cum Ioannes; De fid. inſt. Mantic. de conuent. lib. 8. tit. 20. nu. 47. & lib. 4. tit. 31. nu. 41. Steph. Gratian. lib. 2. Diſcept. Forenſ. cap. 258. num. 38. & lib. 1. cap. 26. num. 3.
2 Quod tamen † intelligitur, vbi in continẽti fuit adiectum contractui, nã tunc ex vendito agitur, cùm pars pretij dicatur, & imminuat rei æſtimationem, ſecus ſi ex interuallo, tunc enim cenſetur amicitiæ gratia adiectum, neque ex uendito agetur, Sed præſcriptis verbis Alciat. in l. in bonæ fidei C. de pact. num. 9. Mantic. de conuent. d. lib. 4. tit.
3 31. nu. 12. Sed cum Senatus † ſoleat ex æquitate amplecti opinionem Surd. deciſ. 34. de qua ſupra lib. 1. cap. 44. vt videlicet etiam poſt tempus quis admittatur ad redimendum, ob iniuſtitiam pretij, quæſi-
4 tam fuit, an eo caſu pactum † redimendi minuat rei æſtimationem, & placuit eo caſu nõ ſpectari pactũ, vbi magna eſt iniuſtitia pretij, nam tunc permittitur redemptio etiam non obſtante pacto, ſecus vbi eſt modica. Tiraq. De Retract. Conuent. §. 1. gloſſ. 1. num. 55. Mantic. dic. tit. 31. num. 41.

SVMMAE.

1 *Teſtamentorum ſolemnibus multa addidit Iuſtinianus.*
2 *Teſtamentum factum paulo poſt legem conditam circa ſolemnia teſtamentorum, ea non obſeruata, non eſt irritũ. Leges non ſtatim ligant.*
3 *Teſtamento facto, ſi lex ſcripta ſit circa teſtamenta, eaque innotuerit, an legi, an teſtamento ſtandum.*
4 *Teſtamenti conditi tempus ſpectandum ne ſit, an mortis. Validum quod fuit, non debet irritari. Angeli diſtinctio.*
5 *Mulier ſi fecerit teſtamentum, antequam conderetur ſtatutum, prohibens mulieres condere teſtamenta ſine conſenſu viri; valebit teſtamentum.*
6 *Leges futuris negotijs accomodari in vltimis voluntatibus, & multo magis in contractibus.*
7 *Statutum circa lucrum dotis vigens tẽpore contracti matrimonij ſpectatur, non autem quod poſtea fuit conditum.*
8 *Leges præterita non reſpiciunt. Declara.*
9 *Teſtamentis formam præſcribentia Statuta valida ſunt. Teſtari poterit mulier ſine conſenſu viri, vbi periculum eſt in mora, licet ſtatutum eum requirat.*
10 *Mulier iure communi facit teſtamentum ſine conſenſu viri. Mulieres olim tutela perpetua continebantur. Vxor olim conueniebat in manum viri.*

CAP. XXXII.

De legibus testamentarijs, & alijs an respiciant praeterita, an futura tantum.

MVlta statuit Iustinian. nouaq; addidit solẽnib⁹ testamẽtorũ,
1 † & pſertim, vt ppria manu hæredis nomen ſcribatur, quatuorque vnciæ filijs à parentibus relinquantur. Ve-
2 rùm ſi † paulo poſt legem reſpicientem teſtamentum, ſcriptum illud fuerit à teſtatore, lege non obſeruata, non erit irritum, neque enim ſtatim ligant leges, vt in auth. Vt factæ nou. Conſt. §. ſancimus & dixi ſupra lib. 1. cap. 12. in fin. Standum eſt igitur teſtamento facto antequam lex innotuerit, quod non debet irritum reddi, licet ea non ſit ſeruata. Quid
3 ſi poſt factum teſtamentum, ſcripta ſit lex, eaque innotuerit, an ne erit ſtandum teſtamento, an legi? Ratio illa videbatur ſuadere, ſtandum eſ-
4 ſe † teſtamento, cùm eius conditi tẽpus ſit ſpectandum ita, vt quod validum initio fuit, non debeat irritari. Ex altera parte videbatur dicẽdum, ſpectari tempus mortis, cum ante illud teſtamentũ non obtineat robur. Surd. cõſ. 212. nu. 18. & cõſ. 216. n. 9.

Diſtinguit Ang. in d. auth. vt fact. nou. Conſt. Aut teſtator tamdiu fuit ſuperſtes vt facultatem habuerit mutandi teſtamenti poſt ſcriptã legem, aut tanto tempore non ſuper ſtitit poſt illam vt potuerit illud mutare.

Primò caſu ſpectari debet tempus mortis, & lex quę tunc vigebat. Altero caſu ſecus. Vide Felin. in cap. quoniam De Conſt. nu. 21. verſ. ſed forte.

Verùm indiſtinctè Laderch. conſ. 43. nu. 3. multorum auctoritate fretus, credidit, valere teſtamentum factum iuxta leges veteres, licet teſtator diu ſuperſtes fuerit ita, vt potuerit illud mutare, licet enim ibi Iuſtinian. videatur moueri illa ratione, quod non omnia ſint in nobis, neque ſemper quibuſdam tempus ſit teſtandi repente, qua de re dixi ſupra lib. 1. cap. 30. num. 5. tamen poſtea idem Iuſtin. generalem ſubijcit rationem, dum inquit. *Erit namque abſurdum, vt quod factum eſt rectè, ex eo quod tunc non erat*
5 *factum † mutetur*. Quamobrem, ſi mulier fecerit teſtamentum, antequam conderetur Statutum prohibens mulieres condere teſtamenta ſine conſenſu viri, valebit teſtamentum. Paul. Æmylius Gall. De except. ab inteſt. tit. 1. except. 9. part. 3. nu. 30. licet fateatur dubiam eam opinionem.

Quòd ſi verum eſt, in vltimis voluntatibus ſpectari tempus, quo fue-
6 runt conditæ, legeſque † futuris negotijs accommodari debere; multo magis idem erit dicendum in cõtractibus, in quibus magis initiũ ſpectãdum, neque leges ad illud retro ſunt ferendæ, vt multis docet Laderch. d.
7 cõſ. 42. vbi probat, Statutũ circa † lucrum dotis vigens tempore contracti matrimonij eſſe ſpectandum, nõ autem illud, quod poſtea fuit condi-
8 tum; neque † enim leges præterita negotia reſpiciunt. l. iubemus. C. de teſtam. l. leges. C. de legibus. Coſt. De Rerro tract. c. 9. caſ. 9. niſi tamẽ ſint declaratoriæ. Vaſq. li. 1. Cõt. Illuſt. c. 44. n. 2. Mag. deciſ. Luc. 88. n. 12. Gaill. obſer. 9. n. 2. Aloyſ. Leo in d. l. leges, vbi Bald. nu. 5. nam qui declarat, nil noui facit, ſed tantùm detegit, quod erat factum. Coſt. loco citato. Barr. latiſs. in l. omnes popu li. ff. de iuſt. & iure num. 40. Abb. Felin. & Dec. in C. quoniam De Conſt.

Licet autem valeant ſtatuta, quæ præ-

9 præſcribunt aliam formam † teſtamentis, & quibus cauetur, vt interuenire debeat conſenſus mariti in teſtamentis mulierum; tamen vbi periculum eſt in mora, poterit vxor teſtari antequam iudex declaret, an iuſtè maritus recuſet conſenſum præſtare, nec ne, nam poſtea condito teſtamẽto, illud poterit cognoſci. Gall.
10 loco citato. nu. 18. Vbi ſtatutũ † non adſit, poteſt mulier teſtamentum facere, neque enim eſt eiuſmodi poteſtas viri in vxorem, vt impediat teſtamenti factionem, neque nunc eſt loco filiæ vxor marito. Quod olim contingebat, vbi conueniebat in manum mariti per coemptionem. Cic. in Top. lib. 2. A forma generis. vbi Seuer. Boet. & in loco Ab effectis; & licet olim tutela perpetua continerentur mulieres, tamen ſecus eſt nunc. Cic. d. lib. 2. loco Ab adiunctis, de quo Theſ. deciſ. 150. num. 9.

S V M M Æ.

1 *In termino licet quis teneatur aliquid facere, tamen id poteſt facere ſtatim poſt terminum.*

2 *Edictis propoſitis iuxta tit. Nou. Conſt. De bonis ad cridas ponendis, ſi non fuerit contradictum, tutus eſt emptor.*

3 *Inſtrumenta an poſſint produci poſt tẽpora præfinita in edictis iuxta Nou. conſtit.*

Teſtes an poſſint recipi poſt tempora præfinita in tit. De bonis ad crid. ponendis, & num. ſeq.

Conſtitutiones Med. in tit. De bonis ad cridas ponendis declarantur, & nu. ſeq.

4 *Conſilium Conditorum Nou. Conſt. in tit. De bonis ad crid. ponendis.*

5 *Termini dati ad contradicendum ſunt peremptorij.*

6 *Oſtendere, ideſt probare.*

7 *Probationes non recipiendæ, vbi eſt in cauſa concluſum.*

8 *Poſt terminos à lege præfinitos non admitti probationes.*

9 *Nou. Conſtit. in §. Eorumque inſtrumẽtorum. De bonis ad cridas ponendis expoſitiones, & num. 11.*

Productio realis, & verbalis inſtrumentorum.

10 *Senatus ſententia.*

Inſtrumenta poſt tempus præfinitum produci poſſe in materia edictorum, licet agatur inter ponentem, & contradicentes.

11 *Probationum facultas non eſt anguſtanda.*

In inſtrumentis non cadit timor ſubornationis, vt in teſtibus.

CAP. XXXIII.

De inſtrumentis poſt terminum producendis in cauſis publicorum edictorum, ſiue cridarum.

1 LICET teneatur quis † in aliquo termino aliquid facere, puta inſtrumenta exhibere, tamen nõ ideo minus id faciet, iure permittente, lapſo termino, modò ſtatim ea exhibeat, vt ſcripſi lib. 1. c. 145. Diebus ſuperioribus diſcuſſa fuit in Senatu ſpecies, inter Malumbras, & Carolum Barbauarium in materia publi-
2 corum edictorum, ſiue cridarũ † iuxta tit. Nou. Conſt. De bonis ad cridas ponend. quæ huc viſa fuit pertinere, cùm de inſtrumentis poſt terminum præfinitum producendis ageretur. Cùm enim emptor proponit huiuſmodi edicta, quibus ſibi, & poſteris ſuis conſulat, iiſdẽ Nou. Conſt. præfinita ſunt tempora, volentibus edictis contradicere, quibus elapſis, ſi nil fuerit contradictum, tutus erit emptor præſidio programmatis.
3 Quæſitum igitur fuit; An poſt † tẽpus præfinitũ poſſint produci inſtrumẽta, & probationes fieri per teſtes.

Et quod attinet ad testes res decisa est per §. & eo amplius in eodem tit. vt videlicet testes post lapsum termi num possint deponere, modò in termino iurauerint, et intra xx. dies post lapsum termini deponant. Dubium versabatur circa instrumenta ob §. præcedentem nimirum. §. Eorumq; instrumentorum, vbi scriptum legitur, instrumentorum productiones fieri posse quandocumque, etiam ela psis prædictis terminis. Primo adspectu videbatur res clara, maximè ponderantibus illa verba, quandocumq; etiam elapsis dictis terminis.

Verùm dubitationem imprimis faciebant verba initio Nou. Constit. posita, Etenim si permissum esset qñcumq; instrumenta exhibere, vtiq; ijs edictis non esset repertus modus, quo quilibet rei suæ familiari, tàm sibi, quàm posteris consuleret, & facta emptione tutus, & securus esset,
4 quod fuit † consilium, & propositum conditorum dictarum Nou. Const.

Secundo huiusmodi termini dati
5 ab contradicendum solent esse † peremptorij. Quod clarius colligitur ex lectione ipsarum Nou. Const. & maximè ex illis verbis. Comparere
6 & in scriptis dare † & ostẽdere, quod, verbum idem significat quod probare. Dec. in l. fin. C. de edic. D. Adrian. toll. num. 13. & ex §. finitis, & ex §. His terminis debite referendo elapsis, ex quibus apparet eos terminos omnino esse peremptorios, & ideo ijs elapsis, cum etiam in causa dica-
7 tur conclusum, non esse amplius † alt. quas recipiendas probationes, iuxta ea, quæ tradit Menoch. cons. 516. num. 1. Alciat. resp. 57. libro 2. Peregrin. De iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 206. Scaccia. De iud. causarum ciu. & crim. libro 2. cap. 3. num. 21. & sequ. Gratian. Decis. 198. num. 26. Absurdum enim esset, si diceremus post terminos præfixos contradicentibus, & ponentibus posse quandocumque instrumenta produci, & sibi ipsis viderentur omninò contrarij Nou. Constit. conditores, si post præscripta tempora pro forma, & peremptoria statim se ipsos corrigẽtes facultatem prædictam quandocumque producendi instrumenta concederent. Accedat huiusmodi
8 † terminos à lege esse præfinitos, & in iudicijs summarijs. Marcard. cons. 1235. num. 35. & 44. Surd. cons. 97. num. 16.

Afferebatur autem triplex expositio dicti §. eorumque instrumento-
9 mentorum, † vt tolleretur obex, qui ex verbis illis oriebatur, quas interpretationes admittendas esse contẽdebant Aduocati pro Malumbris, ne viderentur Nou. Const. statim se voluisse corrigere, & pugnantia loqui. Prima erat, ea verba esse accipienda de reali productione instrumentorum, quasi sit sensus, vt realis productio fieri possit quandocumque; vbi in prędictis terminis facta sit verbalis, de qua verbali supra in §. Productiones actum fuerat.

Secunda fuit distinguentiũ inter casus, in quibus ageretur inter ponẽtem, & contradicentes, & eos casus, in quibus lis esset inter ipsos contradicentes, vt tex. in d. §. Eorumq; instrumẽtorum procedat solum inter ipsos contradicentes, non autem inter ponentem & contradicentes, de quibus supra actum erat.

Tertia fuit existimantium verbum illud. Quandocumque restringi per verba illa sequentia, videlicet Modò præmissa &c.

10 Verũ Senatus † die 16. Nouembr. 1620. referente amplissimo Senatore Parauicino, censuit admittendos esse Barbauarios ad producenda instrumenta, licet ageretur interpo-

nen-

dentem, & contradicentes.

1 Neque enim facultas † probationum restringenda, & maximè cum ageretur de instrumentis producendis, in quibus nō cadit timor subornationis, vt in testibus, & quæ instrumenta ideo possunt quandocumque produci, vt dixi d. cap. 145. Mynsing. obseru. 53. num. 4. cent. 2. Viu. cōmun. opin. lib. 2. Accedebant exēpla similia Senatus, & præsertim in causa inter Applanum, & Aliferum anni 1590. die 7. Maij, & alia innumera in causis fiscalibus.

Quæ in contrarium fuerunt allegata, tolluntur per verba clara d. §. Eorumque instrumentorum, quæ respuere videntur prædictas expositiones, tamquam diuinatiuas. Prima igitur expositio distinguentium inter verbalē, & realem productionem nullo pacto potest dictis verbis conuenire. Secunda pariter improbari potest, cum nulla ratio discriminis possit considerari inter vnum, & alterum casum, & maximè cum posteaquam Nou. Const. conditores tractarunt de controuersijs inter ipsos contradicentes, non statim subiecerunt dictum §. Eorumq; instrumentorū sed §. Productiones tamen, in quo nulla prorsus ratio discriminis excogitari potest, quare potius vni casui, quàm alteri debeat applicari, ita, vt sequentes illi paragraphi tàm primo casui, in quo agitur inter ponentem, & contradicentem, quam secundo, in quo agitur inter ipsos contradicētes sint applicandi, cum tamen reuera, respectu dicti §. Eorumque, posset considerari aliqua ratio colorata differentię. Tertia expositio facilè refelli potest, tum quia manifesta est ratio discriminis inter testes obnoxios subornationi, & instrumenta, in quibus ea ratio cessat, tum etiam quia, non est credendum voluisse dictos conditores Cōstitutionum statim se ipsos corrigere, & verbum illud. Quandocumq; restringere, & intra limites dierum viginti concludere.

SVMMAE.

1 *Appellationis tempus vtile respectu initij, continuum quoad processum, & num. 4.*

2 *Appellandi tempus quodnam sit, et n. 7.*

3 *Sententia an possit ferri sub conditione.*
Tempus appellandi à sententia lata sub conditione, à quo die computandum.

4 *Tempus vtile appellandi quare dicatur. L. 1. §. dies. ff. Quando appell. sit exponitur.*

5 *Hora suprema.*
Subducere, subtrahere.

6 *L. saccularij. ff. de extraord. crim. exposita.*
Saccularij, Zonarij, sectores, crumenisecæ manicularij.

7 *Tempus appellandi iure communi, et iuxta Nou. Const. Med.*
Ab intimatione computatur tempus appellandi, ita, vt non sufficiat sciētia.

CAP. XXXIIII.

De tempore appellandi.

1 Tempus appellationi † præfinitum quo ad initiū vtile est, continuum quo ad processum. l. 1. §. dies. vbi Bart. ff. Quando appell. sit Variū 2 est autem tempus † appellandi, nam olim iure Digest. biduum in causa propria, triduum in aliena dabatur. d. l. 1. §. biduum; §. in propria cū seq. vbi docet I. C. quæ nam dicatur causa propria, & quæ aliena. Vbi autem sententia lata fuit sub conditione, li-3 cet sub conditione † non sit dicenda sententia, vt scripsi supra lib. 1. c. 141 & cap. 184. non à die cōditionis existentis, sed à die latę sententiæ, vel scientiæ, statim tempus computandum d. l. 1. §. biduum. Ruginell. De Appell. §. 4. cap. 1. num. 19.

Dici-

4 Dicitur autem vtile † tempus quò ad initium, nam si iudex post sententiam statim dictam, copiam sui non fecerit, non debet id nocere appellatori, nam vbi primum copiam illius habuerit, potuerit prouocare. Ergo inquit I. C. in §. dies, si statim qui pronunciauit se subduxit, erit subueniendum. Quid igitur, si conditio horæ effecit, vt se reciperet? si fortè
5 dicta sit sententia † iam suprema hora? est autem suprema hora solis occasus. l. 2. ff. de verb. signific. & in xij. Tab., solis occasus suprema tempestas est, suprema diei Dionys. Gothofr. in d. §. dies. Et respondet ibidem Vlp. I.C. non videri iudicem se subtraxisse, & ideo non erit subueniendum appellatori. Quo in loco obseruādum, idem esse subducere, & subtrahere. Quod multorum auctoritate ostendit Ian. Langl. lib. 8. Semestr. cap. 4. licet non desint, qui inter ea verba hoc interesse putent in
6 interpretatione † l. saccularij. ff. de extraord. crim. vt subducere, sit elicere pecuniam ad se carminibus, vel qua alia ratione illicita, subtrahere verò manu auferre. Turneb. li. 9. Aduers. cap. 17. Iacob. Cuiac. lib. 10. obseru. cap. 27. Erit ergo sententia Vlpiani in d. l. saccularij, eos esse saccularios, siue sacellarios iuxta alios. Rhod. lect. Antiq. lib. 10. cap. 2. qui carminibus, arte magica, & illicita sacculos, in quibus homines pecunias gerunt, incantant, easq; eliciūt, vel subtrahunt, & manu auferunt. Similes sunt zonarijs, sectoribus, siue manticularijs, crumenisecis de quibus latè Ian. Langl. d. lib. 8. Semestr. cap. 4. vbi exponit d. l. saccularij, de qua Cuiac. dicto loco Rhodig. lib. 18. cap. 25. Budęus in d. l. saccularij in posterioribus annotationibus. Petrus Crinit. De honest. Discipl. libro 17. cap. 8.

7 Sed redeamus † in viam. Iure nouissimo communi decem dies datur ad appellandum, & iuxta Sanctionē Nou. Const. in tit. De appellat. quatriduum continuum datur à die intimationis. ita, vt, quidquid alij dicant, non sufficiat sciētia. Vide Gall. cons. 109. & seq. Anch. cons. 372. Calcan. cons. 16. Alb. cōs. 162. cons. 609. Rugin. De appellat. §. 4. cap. 1. num. 34. & 44. Costa. De Fact. scientia. cent. 2. distinct. 36. Tort. ad Stat. Ticin. num. 785.

SVMMAE.

1 *Donatio in fraudem legis facta est nulla.*
2 *Donatio facta interposita personæ, quæ statim donauit personæ prohibitæ, puta spurio, est nulla.*
3 *Donatio facta Ecclesiæ, an sit nulla, si ea bona postea in spurium transferat.*
Donatio in dubio sustinenda.

CAP. XXXV.

De donatione facta in fraudem legis.

1 Donatio in fraudem † legis facta est ipso iure nulla. l. hoc modo. ff. de cond. & demonstr. l. si libertus, vbi Bart. ff. de iure patron. Erit
2 autem in fraudem facta † donatio, si pater qui filio spurio donare prohibetur l. 1. C. De nat. lib. interpositæ personę donet, quæ transferat bona donata in spurium. Doct. in d. l. 1. & l. 3. C. de nat. lib. Bart. in l. si is. qui. ff. de vulg.

Sed quid dicendum eo casu, quo
3 quis Ecclesiæ donauit †, quæ postea donationem in spuriū cōtulit. Variæ afferuntur distinctiones. Bald. in l. eā quam. C. de fideicōm. Mātic. De Tacit. & ambig. Conuent. libro 13. tit. 37. num. 18. Huc pertinet illud, quod passim traditur, nimirum in dubio benignam interpretationem esse facien-

ciendam ad sustinendam donationẽ, nisi donatarius incontinenti spurio donauerit, arg. l. si ventri. §. vlt. ff. de priuileg. cred. c. officij. De elect. Octo autem dierum tempus non esse modicum, vt incõtinenti dicatur facta donatio ad inducendam fraudis præsumptionem creditum est, cùm contrahentes ad actus extraneos diuerterint post primam donationẽ, & d. l. si ventri. §. fin. procedat vbi actus vno die, alter sequenti est celebratus. Imol. in l. si cum dotem §. vlt. ff. soluto matr. Mantic. d. tit. 37. nu. 20. & 21. Vide supra c. 82. nu. 3. lib. 1. Vasq. Contr. Illustr. cap. 102. num. 9. Royz. dec. Lit. 4. num. 170.

S V M M Æ.

1 *Dos data filiæ an imputanda in legitimam.*
2 *Dos an imputanda in legitimam, vbi pater statim eam sibi reddi fuit stipulatus.*
3 *In legitimam non est imputandum quod potest auferri à filia.*
4 *Dotem non dicitur habere filia ob stipulationem statim à patre interpositã.*
5 *Dotem licet non habeat filia constante matrimonio, tamen habet actionem.*

C A P. XXXVI.

De dote imputanda in legitimam.

1 DOs data † filiæ à patre in legitimam imputatur. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testam. vbi latiss. Doctores. Quæstio est. An idem sit dicendum, vbi pater incontinenti
2 eam sibi † reddi fuit stipulatus, cum tunc ipsi patri quæratur actio, solutoq; matrimonio ad ipsum eiusque hæredes redeat. l. quoties 29. ff. soluto matrimon. & scripsi supra lib. 1. cap. 99.

Videbatur dicendum locum esse imputationi, licet incontinenti pater eam sibi reddi sit stipulatus. cum d. l. quoniam indistinctè loquatur.

Verùm contrarium recipitur, nisi hæredes patris cedant actionem. Bald. in d. l. quoniam nouella. nu. 10. Etenim æquum non est, imputatio-
3 nem † in legitimam fieri eius, quod à filia potest auferri soluto matrimonio l. scimus. §. repletionẽ. C. de inof-
4 fic. testam. † Atqu ob stipulationẽ incontinenti à patre interpositam, filia non habet actionem ad dotem; sed omne ius in patre, & in eius hæredibus consistit. Quod nisi, cessione facta, à se abdicauerint, imputatio cessabit. Non enim imputare poterit filia, quod non habet. Et licet
5 constante † matrimonio non habeat dotem etiam eo casu, quo non intercessit stipulatio paterna incontinenti, tamen habet actionem, quam etiam in medium confert. Ioan. Ant. Mangil. De Imput. quæst. 14. nu. 57. & seq. vbi affert l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3.

S V M M Æ.

1 *Testibus oculatis magis credendum, quã auritis.*
2 *Testes de auditu qui dicantur.*
Auditus proprius, & alienus.
3 *Testibus de auditu alieno non creditur.*
4 *Testibus deponentibus de auditu proprio an credendum.*
5 *Testes qui dicunt se alternatim admouẽtes oculos rimulæ, aliquid vidisse, non sunt singulares.*
Successiuè quod fit, simul factum dicitur.
6 *Recognitio delinquentis, quæ fit à testibus, fallax est, & quomodo fieri debeat.*
Similitudine sæpè homines falli.
7 *Historia Arnaldi, & Martini.*
Maritus imperio solet agere.

CAP.

CAP. XXXVII.

De testibus de auditu.

1 TEstibus oculatis † magis, quàm auritis credendum. Traditur passim abrogari fidem testibus de auditu. Verùm hoc habet duplicem
2 † sensum alius enim est auditus alie-
3 nus, alius proprius. Testibus † de auditu alieno regulariter nô creditur. l. si arbiter. ff. de probat. l. testium. ff. de test. cap. licet ex quadam. Extra. De Testibus. Menoch. De Arbitr. cas. 475. Farinac. De Testibus quæst. 69. cap. 1.

4 Circa testes deponentes † de auditu proprio plura tradit distinguendo Menoch. loco citato, num. 16. & Farinac. d. quæst. 69. cap. 4. & quàdo paries est intermedius multa relinquuntur iudicis arbitrio. Non est opus repetere longa oratione, quæ antiquorũ & recentiũ scriptorum monumentis fuerunt in hanc sentẽtiam consignata, tum quia notissima, & passim obuia, tum quia in vnum multa congessit Ian. Langlęus lib. 4. Semest. cap. 2. Ex his apparet quandoque creditum fuisse testibus de auditu proprio, licet paries esset intermedius, in latebrisque delitescerẽt, aliquando huiusmodi testes nil probasse, licet notam haberent eorum vocem, quos loquentes dicebant se audiuisse. Res enim hæc fallax valdè, vt alias admonui in comment. ad tit. De Testam. §. sed cũ paulatim, n. 25. Quamobrem placet hanc rem iudicis arbitrio committere, vt dixi. Ille igitur, vt ait Langlęus loco, quẽ mox laudaui, inspecta negotij, personarumque qualitate, siue de contractu, siue de maleficio, aliovè actu probando agatur, singulis perpensis dispiciet, quãtam fidem testibus hàberi oporteat. l. 3. §. eiusdem. ff. de testibus. Quid enim, (vt eiusdem auctoris verbis vtar) si testes sint vitæ inculpatæ, ab omnique criminis suspicione alieni, qui familiari consuetudine, quotidianoque propè conuictu notissimam habeant delinquentis vel contrahentis vocem? Quid si paries, post quem stabant, gracilis, & tenuis erat, vnde facillimè exaudiri quis poterat? l. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. l. fin. C. eodem. Quid si fatiscebat, rimarumque erat refertus? Quid si, quod huc pertinet, paulo ante, & in ipso ferè sceleris momento, vel statim post visus in eo loco sit ille, qui deliquisse fertur, in quo facinus admissum fuerit? Quid si aliæ etiam accedant coniecturæ? Ex his enim, & similibus, iudicãtis religio instrui poterit. Traditum etiam fuit eos probare, qui pro testi-
5 monio dixerint, Se † alternatim, & per vices, aures, & oculos admouentes rimulæ, vel foramini vidisse, & audiuisse virum, & mulierem in re venerea existentes, neque eos singulares censeri, quasi de diuersis actibus deposuerint, cùm successiuè & incontinenti inspexerint, & audiuerint vnus post alterum. Ian. Langl. d. cap. 2. Quod enim fit successiuè, simul factum dicitur. Fœnut. De Moment. temporis cap. 19. inferens ad multa vtilia quæ manant ab ijs, quæ vno, & eodem tempore fiunt.

6 Fallax etiam est † quæ in foro appellatur recognitio, quæ fieri solet à testibus, qui aliquem læserunt testimonio suo, vel incertum hominem descripserunt. Exhibetur enim reus cum alijs multis, vt cognoscatur à testibus, sed non debet esse tanta eorũ formę similitudo, vt ægrè vnus ab alijs internosci possit. Ian. Langl. d. lib. 4. cap. 3. licet traditum sit inter similes statura, vestibus, & facie collocãdũ reũ Clar. §. fin. q. 45. vers. sed in proposito. Farin. q. 11. num. 25.

Piu-

Plurimum autem refert, an incon tinenti, an ex interuallo fiat recognitio, tum quia interiecto temporis spatio mutantur homines, tum quia obliuio solet irrepere, & maximè fallax recognitio, vbi agitur de actu momentaneo, quod tractum successiuũ non habet. Passim obuiæ sunt historiæ, vt missas faciam fabulas, ex quibus apparet, similitudine aliquorum incidisse homines in varios errores, damnaque inde, & scelera fluxisse innumerabilia. Adeas Solin. cap. 5. & Petrum Ærod. lib. 9. Rerum Iudic.
7 cap. 19. qui narrat historiam † Arnaldi, & Martini, qui adeo similes erant ætate, forma, vultu, habitu, lingua, & artificio, vt nihil simile similius esset, non magis lac lacti. Non solum Arnaldus propinquos Martini, & ipsius vxoris, sed vxorẽ ipsam, quod mirum videtur, decepit, ita vt ab omnibus pro Martino admitteretur. Immo verò redeũte ipso Martino vero marito, & Arnaldo eousq; audacia prouecto, cùm fretus esset similitudine, vt adhuc contenderet se maritum esse, iudices adeo erant ancipites, vt nulla alia re, verum maritum à falso dignoscere, & secernere potuerint, quam quod maritus ve-
8 rus † imperio agebat, alter autem precibus, & blanditijs. illius maritalis oratio, istius amatoria. Si igitur possunt homines similitudine corũ falli, quibus cum consuetudo est & familiaritas, multo magis idem dicendum quò ad alios, & in facto momentaneo, & statim transeunte.

SVMMAE.

1 *Mater si velit, fungi potest munere tutelæ.*
2 *Mater an possit cogi, & à quo, ad munus tutelæ.*
3 *Mater transiens ad secundas nuptias, desinit esse tutrix. An resumat postea mortuo marito tutelam. Dispensatur à Senatu vt possit esse tutrix, licet transiuerit ad secunda vota.*
4 *Tutelam an possit mater resumere, quã deposuit ob nuptias, quas tamen non contraxit.*
Copulanda de proximo, habetur pro copulata.
5 *Mater suscepta tutelæ an possit renunciare.*
Magistratus a suscepta tutela non se excusare potest.
Nou. Const. Med. De Tutelis.

CAP. XXXVIII.

De tutela materna.

1 Mater fungi † potest munere tutelæ, vt dixi lib. 1. cap. 109. si modo velit, neque enim inuita cõpellitur. Doct. in auth. matri, & auię C. quando mul. Aloys. de Leo in l. 1. num. 4. C. eod. Gutier. De Tut. 1. part. cap. 8. num. 18. Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 28. num. 21. Menoch. cons. 270. num. 2. & 3.
2 vbi tamen ait † licet non possit cogi mater à testatore, vel ab inferiore à Principe, vt tutelã suscipiat, posse tñ
3 cogi ab ipso Principe. Quod si ad † secundas nuptias transiuerit, desinit esse tutrix. Steph. Gratian. cap. 219. num. 10. neq; tutelam resumit mortuo marito, nisi res sit adhuc integra, vt quia alius tutor non sit datus, vt sensit ex sententia Spec. Costa. De Re integra dist. 10.

Concedi tamẽ solent dispensationes à Senatu, vt mulier transiens ad secunda vota possit retinere tutelam prioris matrimonij, sumptis informationibus de eius qualitate & mariti futuri.

Quòd si tãquam nuptura deposuit tutelam, & non nubat, tamen rursus

4 accipere † potest tutelam, licet proximè copulanda pro copulata habeatur. Caroc. decis. 129. num. 8. Cost. d. distinct. 10. num. 7.

5 Verùm quæri solet, An mater † susceptæ tutelæ possit renuntiare. Et videbatur dicendum posse, cùm sit hoc munus in matre voluntarium, non autem necessarium.

Contrarium credo verius, nā initio est voluntarium, postea autem necessarium, & multa negotia legitimè recusantur, quæ incœpta debēt perfici, & ideo licet Magistratus se à gerenda tutela excusare possint, tamen secus est, vbi eam susceperint. Paul. Mont. De Tut. c. 35. nu. 113. & hoc innuūt Cond. Nou. Const. huius

6 ditionis in tit. de † Tutelis ibi, *in casibus, in quibus renuntiare possunt*, quasi sentiant regulariter non posse renūciari. Facit l. 2. C. si tutor, vel curat. & quod traditur in l. post susceptā, ff. de excus. tut. Paul. Mont. De Tutel. cap. 35. num. 38.

SVMMAE.

1 *Tutores testamentarij præcipui habentur.*

2 *Tutoribus testamentarijs deficientibus deueniendum ad datiuos.*

3 *Tutores quibus legibus, & à quibus olim darentur, & nunc dari debeant.*

4 *Tutoris datio est cuiusdam permissionis, siue potestatis, vel iurisdictionis aduentitia.*

5 *L. Muto. §. tutoris datio. ff. de tut. sententia.*

Tutoris datio nequit demandari, cùm sit specialiter tributa.

Const. Nou. Med. cauetur de dandis tutoribus.

6 *Ad tutores datiuos non est deueniendum, vbi adsunt legitimi.*

A Tutela excusatio non prodest ob numerum trium tutelarum, vbi vna est statim finitura.

Tutor legitimus vbi esse non possit, an deueniendum ad proximiorem in gradu sequenti, an locus sit datiuo. Distingue.

7 *Testamento vbi datus est tutor sub conditione, vel ex die, interim locus est datiuo.*

Idem quando legitimus est sub conditione.

8 *Tutor legitimus si debitor sit, an locus sit datiuo.*

Tutor esse non potest debitor pupilli.

9 *Tutelam pupilli suscipiens creditor amittit creditum.*

10 *Pacem frangentes tenentur ad pœnam promissam, licet statim sequatur reconciliatio.*

CAP. XXXIX.

De Tutore datiuo.

HOc ius recipitur in tutoribus,

1 vt præcipui habeantur † testamentarij, deinde locus sit legitimis, & illis omnibus deficientibus

2 ad datiuos † sit deueniendum. Quamobrem Iustin. priore loco egit de testamentaria tutela, secundo de legitima, in tertium locum reiecit tractationem datiuæ. Mynsing. in §. est autem de tut. in Inst. num. 12. & in rubr. De Attil. tut. etenim L. At-

3 tilio, & Claudio Martio † Trib. plebis, latum est rogatione, vt si cui nullus omninò sit tutor neque testamentarius, neque legitimus, ei quidem Romę à Prætore vrbano, & maiore parte Tribun. pleb. daretur ex lege Attilia, in prouincijs autem à Præsidibus prouinciarum ex lege Iulia, & Titia. §. 1. De Attil. tut. vbi Ferrar. Mynsing. & alij. Ideo tutelam datiuam inter subsidiaria remedia collocauit Costa. De rem. subsid. rem. 102. Nunc

Const.

Constitut. Iustinia. dantur tutores ab his, de quibus in §. Sed hoc iure, & in §. nos autem De Attil. tut. Li-
4 cet autem creditum † sit à Doctoribus, dationem tutoris esse mixti imperij, tamen ego semper defendi, eã neque iurisdictionis, neque imperij esse; sed cuiusdam permissionis, siue potestatis, cum interpretarer l. 1. ff. de offic. eius, vbi cum doctissimo Goueano eam appellaui iurisdictionis aduentitiæ. Mar. Salom. num. 3. & 4. Bellon. lib. 1. Supp. cap. 2. Myn. in d. §. Sed hoc iure num. 7. Vacon. lib. 5. declarat. 78. num. 15. Coras. lib. 5. Miscell. cap. 24. Hug. Donell. De iure ciu lib. 17. cap. 8. vers. Mixtum. Clara enim sunt verba I. C. in
5 l. muto. §. tutoris datio † ff. de tut. vbi ait. *Tutoris datio nec imperij, nec iurisdictionis est, sed ei soli competit, cui nominatim hoc lex dederit.* Ideo nequit demandari, cum sit specialiter hæc facultas tributa. d. l. 1. ff. de offic. eius l. 1. l. nec mandante. 8. ff. de tut. & Curat. datis ab his. Qua de re Plaut. in d. l. 1. num. 97. lib. 1. Facchin. lib. 12. Cont. c. 100. Et passim legibus municipalibus, & Principũ Constit. cauetur à quibus Iudicibus sint dandi Tutores, vt in Nou. Cõst. Med. in tit. de Tutelis. Erit igitur semper in dandis tutoribus ea adhibenda cautio, vt non deueniatur ad
6 datiuos, vbi adsint † legitimi, & vbi proximiores se excusant, tunc alijs sequentibus in gradu erit locus instar intestatæ successionis; ita vt non nisi deficiẽtibus omnibus legitimis, sit dandus tutor à iudice, qui dicitur datiuus. l. 1 §. interdum l. pen. ff. de legit. tut. Alex. cons. 161. nu. 1. & seq. vol. 5. Non proderit tamen excusatio, ob numerum trium tutelarum, vbi vna earum intrà breue tempus est finitura. Paul. Mont. De Tutel. tit. 35. num. 136. Verùm in prædictis est distinguendum; nam, aut spes est fore, vt intrà breue tẽpus proximior legitimus admitti possit, vt quia aliqua, vt sic loquar, inhabilitas ei obstet, quò minus statim tutelæ officio fungi valeat, quæ interiecto modico spatio temporis, idest antequam pupillus efficiatur pubes, tolli possit, & tunc non erit locus legitimo, sed datiuo, aut nulla huiusmodi subest spes, sed inhabilitas est perpetua legitimi proximioris, & deueniendũ erit ad legitimum sequentem in gradu. Quam distinctionem latè probat Surd. cons. 159. num. 11. 12. & 19 Sic etiam vbi testamento datus
7 est † tutor sub conditione, vel ex die, datur temporarius tutor, qui existẽte cõditione, vel veniente die desinit esse tutor. §. Sed & si. De Attil. tut. Idem quãdo legitimus est tutor sub conditione. Surd. d. num. 12. Ean-
8 dem ob † rationem, si legitimus tutor debitor sit, erit locus datiuo, qñ debitum intrà breue tempus potest dissolui. Surd. in d. consil. 159. num. 16. Notissimi alioquin iuris est, debitorem pupilli non posse fungi tutoris munere. Paul. Montan. de tut. c.
9 4. num. 37. & creditorem † accipientem tutelam pupilli debitoris, totius crediti iacturam facere, nisi exprimat creditum, auth. minoris debitor. C. qui dari tut. poss. & in auth. Vt hi, qui obligat se habere perhib. Menoch. de Arbitr. cas. 296. Montan. De tut. cap. 9. num. 55. ita, vt data tutela sine expressione debiti, statim sit priuatus creditor iure suo, & pupillo ius quæsitum, neque admittatur purgatio moræ etiam incontinenti. Surd. cons. 377. num. 32. & seq. Quod multis similibus comprobat Surd. ibidem. Sic Emphyteuta non euitat pœnam, licet statim rem recuperet. Qua de re dixi supra cap. 73. num. 17. lib. 1. Et

G 2 si pa-

10 si pacem † ineuntes eam firmare voluerint adiecta violatoribus pœna, locus erit pœnæ, vbi quis eam ausus fuerit frangere, licet statim sit secuta reconciliatio. Bald. & Castr. in l. in insulam. §. fin. ff. sol. matrim. Iaf. in l. qui Romæ. §. Flauius. num. 17. ff. de verb. oblig.

SVMMAE.

1 *Fructus pendentes, pars fundi.*
2 *Fructus pendentes censentur petiti, re petita.*
3 *Dominus rei si quis declaretur, censetur etiam declaratus dominus fructuum pendentium.*
4 *Fructus pendentes ad emptorem rei pertinent. Declara.*
5 *Fructus pendentes dicuntur pars integralis, respectiua, siue hypothetica.*
6 *Fructus separati à solo mobilium appellatione continentur.*
7 *Fructus pendentes an inter mobilia, an immobilia connumerandi.*
Distingue. Opinio auctoris, & numero 8.
8 *Damnum pati, & lucrum non facere an differant.*
Conductor dicitur damnum pati, vbi fructus sunt incontinenti colligendi.
9 *Fructus an pertineant ad hæredem, an ad fideicommissarium.*
Castrensis opinio improbata.
10 *Legato Mobilium existentium in domo quæ contineantur.*

CAP. XXXX.

De Fructibus pendentibus, an censeantur res mobiles, an immobiles.

1 FRuctus pendentes † pars fundi sunt ait. I.C. in l. fructus. ff. de rei vendic. cuius decisionis, ne superuacaneam existimes, effectus tradit Couar. lib. 1. c. 3. num. 2. Var. Resol. nam quoties res ipsa fuit petita, cen-
2 sentur etiam fructus † tunc temporis pendentes petiti, absque alia spe-
3 ciali petitione, similiter si actor † dominus rei declaretur, absque expressa declaratione, videtur dominus cęseri fructuum tempore sententiæ pędentium. Couar. ibidem. Item vendita re fructibus pendentibus, ipsi
4 fructus † ad emptorem pertinent. Peregr. de fideicommiss. artic. 49. nu. 92. nisi essent statim colligendi, & vęditor se ad eorum collectionem parasset, & manum apposuisset sciente emptore. Thes. decis. 55. num. fin. Co
5 uar. d. lib. 1. c. 15. vbi ait fructus † non posse dici partem quotitatiuam, vt appellant, nec numeralem, neq; integralem absolute, nec prædicamentalem, aut subiectiuam. Osasc. decis. 83. nu. 9. Erunt igitur pars integralis respectiua, vel hypothetica ex hypothesi, & sic ex suppositione, vel suppositiua, habito respectu ad ipsius fundi statum præsentem, quo fructus pendentes sunt.

Quemadmodum autem non est dubium, quin fructus separati à solo
6 mobilium † appellatione contineantur, l. vlt. ff. de requir. reis. Qua de re latis s. Thes. Quæst. Forens. 26. lib. 1. ita circa pendentes longa est inter
7 Doctores nostros disputatio, † mobilium ne, an immobilium loco esse debeant, cum Castrensis cons. 132. vol. 1. & alij eius asseclæ, de quib9 Tiraq. De Retract. consang. §. 1. gloss. 7. nu. 44. Thes. d. q. 26. num. 2. putent res mobiles esse, eorum enim ea est natura, vt proxime sint separandi à fundo, & in horrea condendi ex destinatione patrisfam. alij contra putent immobilium numero esse censendos huiusmodi fructus. Quam Doctorum pugnam ita conciliare studuit Mantic. De coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 3. Aut fructus fuerunt se-

pa-

parati à ſolo, viuo teſtatore, & tunc ex coniecturata mente continentur legato mobilium, aut ſeparati ſunt poſt mortem teſtatoris, & ſecus eſt, neque enim eo tempore, quo dies legati cedit, mobiles ſunt.

Verùm Cæſ. Manent. conſ. 21. nu. 9. ait, immò ex ſententia Caſtr. fructus pendentes inter mobiles res cõnumerari, quando ſtatim ſunt colligendi, & ideo licet cenſus annui immobilibus æquiparentur, tamen aliud eſſe, vbi incipiunt eſſe debiti pro reſtitutione. Alciat. in l. mouẽtium. ff. de verb. ſignif. vt dixi cap. 100. De annuo reditu. Sic etiam licet diſcri-
8 men ſit † inter hæc duo, quod quis damnum patiatur, vel lucrum non faciat, tamen conductor dicitur dãnum pati, vbi fructus ſunt incontinenti colligendi.

Ego conſilium Caſtr. nunquam probaui. Vide Schol. ad Dec. conſil. 472. nu. 5. neq; declarationem ipſius Manent. nam fructus eatenus ſunt pars fundi, & immobilium numero cenſendi, quatenus ſunt pendentes.
9 Cum igitur ſint pars fundi, † inde cõ ſequitur eos pertinere ad fideicommiſſarium, non ad hæredem, vbi pendentes ſint tempore euenientis fideicommiſſi, etiam ſi eorum collectio eſſet proxima. l. Herẽnius. ff. de vſuris. Vide Peregr. d. art. 49. nu. 91. & ſeq. Molin. de Hiſp. Prim. lib. 3. c. 11. Camill. de Larat. conſ. 72. nu. 5. & conſ. 73.

Accedat deciſ. 70. eiuſdem Peregr. vbi ait ſibi non placere opinionem Caſtrenſis probatque in legato fru-
10 menti, vini, & omnium † mobilium exiſtentium in domo comprehendi fructus collectos, licet nondum eſſent domum conducti, cum inibi eſſent, vt ſtatim eſſent domum vehendi. Sic etiam in legato bonorum omnium mobilium in domo exiſtentium continentur ea, quæ caſu domo abſunt, nec enim dicuntur abeſſe, vel ineſſe, quæ caſu abſunt, vel adſunt. Dec. conſ. 472. nu. 20. & ideo etiam ſtatim abfutura mobilia non continẽtur. Vide Theſ. dicta quæſt. Forenſ. 26.

SVMMAE.

1 *Societate extincta, ceſſat communicatio lucrorum.*

Declara.

2 *Lucrum ſiue damnum commune eſt etiam poſt mortem vnius ex ſocijs, vbi eſt preparatum.*

3 *Socius vnus ſi moriatur poſt conductionem, an communicandum lucrum, & damnum proueniens ex conductione.*

Initium ſpectamus in his, quæ momento contingunt.

CAP. XXXI.

De Lucro, & Damno communicando finita ſocietate.

1 SOcietate † extincta morte, vel alio pacto ceſſat communicatio lucrorum, tamquam ceſſante cauſa illius communicationis. Verùm, vt inquit I. C. l. actione, §. morte. ff. Pro ſocio, *quod ex re communi poſtea quæſitum eſt: Item dolus, & culpa, in eo, quod ex ante geſto pendet, tã ab hærede, quam hæredi præſtandum.* Solet igitur diſtingui, vt ſi inchoata fuerint negotia poſt diſſolutam ſocietatem, non ſint communicanda lucra ex illis prouenientia, ſecus ſi iam fuerint cœpta, tẽpus. n. quo cœpta ſunt, ſpectatur, ita vt compellendus quis ſit ad perfectionem. l. nam & Seruius. §. ſi viuo. ff. de negot. geſt. d. l. actione. §. ſi in rem. Hect. Felic. De ſociet. cap. 32.
2 num. 54. Quamobrem † reſponſum fuit lucrum, ſeu damnum eſſe communu-

mūne, etiam post mortem vnius ex socijs, vbi sit pręparatum. Ruin.cōs. 216.num.1.lib.1.Stephan. Gratian. lib.2.Discept.Forens.cap.276.nu.42. & seq. & lib.3. cap.424. num.1. cum seq. vbi id declarat multis modis. Mā tic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit.24. nu.33.& duobus præcipuè. Primus est, quando lucra ante mortem fuerunt quæsita. Secundus quādo post mortem ex re communi sunt percepta. Istis enim casibus fit communicatio. Quamobrem si facta sit
3 conductio, & postea † mortuus socius, non debet fieri communicatio post finitam societatem, nam lucrū, & damnum sequentium annorum non potest dici quæsitum, nec præparatum, cum incontinenti, & momēto temporis non contingat, sed successiuum tractū habeat. Gratian.d. cap.276.num.53. in illis autem, quæ tractum habent successiuum, siue sit lucrum, siue damnum, debet fieri diuisio pro rata temporis, cum secus sit in illis, quæ momento contingunt, in quibus solum initium spectamus, neque attenditur quid postea sequatur. Gratian.d.c.424.num.23.& seq.

S V M M AE.

1 *Testamenta condita ad suggestionem an valeant, & num. seq.*
2 *Testamenta quæ dicantur condita ad suggestionem.*
3 *Testator ore proprio tenetur hæredem nuncupare.*
Paria sunt, quod testator proprio ore hæredem nuncupet, & quod alieno ex proprio consensu.
4 *Testamenta ad suggestionem condita, in quibus casibus non valeant.*
5 *Testamentum non valet ad suggestionem, quando statim est mortuus testatur, & num.6.*
Auctoris opinio.
6 *Morti proximi non solent esse mentis compotes.*

C A P. XXXXII.

De Testamentis ad suggestionem conditis.

1 TEstamenta vbi † conduntur ad suggestionem alicuius, solet quę
2 ri an valeant, nec ne. Dicuntur † autem ad suggestionem condita, vbi interrogat notarius, & testator respondet, iuxta tradita in l.1.§.qui quęstionē. ff. de quæstion. Cæsar Manēr.cōs. 63.num.3.

Hanc quæstionē examinant Doct. in l.hæredes palam. ff. de testam. l.iubemus iuncto auth. & non obserua-
3 to.C.eodem, & cum teneatur † testator ore proprio nuncupare hæredē, videbatur dicendum testamentū nō valere, vbi interrogatus testator, an velit Titium hæredem instituere, respondit affirmatiuè. Verum contraria opinio recipitur gloss. in d. l. iubemus. Bellon.cons.62.n.fin. Clar. in §.testamentum.q.37. Menoch. De Præsumpt.lib.4. cap.8. vbi hac de re agit latius. Paria enim sūt quòd quis ore proprio loquatur, & hæredem nominet, & quòd alieno ex proprio consensu nuncupet. Menoch. ibidem num.11.

4 Recensentur † tamen nonnulli casus, in quibus testamenta ad suggestionem condita non valent, ob circumstantias varias à Doctoribus pręd ictis perpensas, quibus addo Gasp. Anton.Thes. quæst.99. lib.2. Polyd. Rip. De actis in art. mort. cap.61.

5 Præcipuus † est, quando testator incontinenti post testamentum mortuus est. Tunc enim præsumitur extortum à testatore, animam agente. Clar. in d.§.testamentum. q.37.

Ego contrariæ essem sententiæ, nimirum licet ex eo, quòd statim quis

quis poſt teſtamentum mortuus eſt,
5 præſumptio oriatur contra illud, p-
6 ximi enim morti † non ſolent mentis eſſe compotes; tamen illud ſolum non debere efficere, quò minus teſtamẽtum robur obtineat. Multa enim accidunt præſertim morbo laborantibus, quæ illos inopinatò ſuffocant, vel mortem accelerant, vt ſunt rheumata, & alia ſimilia. Non ſequitur igitur, Quis ſtatim poſt teſtamentum deceſſit, Ergo tempore conditi teſtamenti non erat in eo mentis ſtatu, vt poſſet teſtari. Inquirendum diligenter, an tunc quis eſſet ſanæ mentis, cùm teſtamentum condidit, an eius voluntate ſcriptum ſit, nec ne. Fœnut. de moment. temp. cap. 7. nu. 55. Quod ex eo colligitur, ſi paulo ante ipſum teſtamentum declarauit voluntatem ſuam, iuxta abundè congeſta per Theſ. d. q. 95. nu. 8. 15. 16. & 27. 29. Nõ negauerim tamen, quin maxima coniectura ex eo colligi poſſit contra teſtamentum, quod ſtatim deceſſerit teſtator, vt plurimũ enim paulo ante mortem redduntur homines mentis impotes, neque vno, & eodem tempore ſenſum amittunt, & animam efflant. Adimi ſolent, vel ſaltem hebetari ſenſus imminente morte. Latè probat Mart. vot. 89. nullum eſſe teſtamentum factum ad ſuggeſtionem, quando teſtator illud non dictauit, & inſtituit eos, qui ab inteſtato non erant ſucceſſuri, & ſtatim mortuus eſt, & alijs concurrentibus.

SVMMAE.

1 *Feudum vnde dictum, & quid ſit, & num. 2. Allodium quid. num. 2.*
Feuda vnde originem traxerint.
2 *Feudum beneficium dicitur.*
3 *In venditionibus quid ſignificetur nomine allodij.*
Bona tranſeunt cũ onere in ditione Med.
4 *Res libera præſumitur in dubio, & allodialis, non autem feudalis.*
5 *Feudalem rem eſſe, ex quibus coniecturis colligatur.*
6 *Feudalis res præſumitur ex præſtatione ſeruitij, per triginta annos.*
7 *Feudalem rem eſſe ſi quis velit ſtatim docere, & illius poſſeſſionem adipiſci, eſt audiendus.*

CAP. XLIII.

De Feudo, & allodio, & qualia præſumantur bona.

1 INter cętera † verba, quæ barbaries in noſtram inuexit iuriſprudentiam, reperitur Feudum, & allodium. Feudum vocabulum eſt Gotthicum & Longobardicum. Camill. Borell. in ſum. Deciſ. in arg. tit. 34. deductũ fortaſſe à verbo Feed, quod bellum ſignificat, vel à fide, vel à fœdere ſiue, quòd illi, qui rem à domino acceperant, dicantur eſſe illius Leudes, ſiue Leodes. Iac Cuiac. De Feudis in princ. Eſt autem Feudum genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, vt & ipſe, & eius poſteri, atque hęredes beneficij auctorem perpetuò cognoſcant, & quaſi pro patrono colant, eiusque vitam, exiſtimationem, fortunasque tueantur. Illius origo à bellis, & ab opera in illis ſtrenue nauata profecta eſt. Aliqui Romanis originem feudorũ referunt acceptam, alij Gallis. Sed Duar. in Conſuet. Feud. cap. 3. ait, à Longobardis proueniſſe, quos Carolus magnus deuicit. Hinc Feudatarius, ſiue Cliens, & beneficiarius, di-
2 citur enim † Feudum beneficium, licet non ſit gratuitum, vt tradit Iac. Cuiac. de Feudis lib. 1. tit. 1. §. Item illud, & lib. 1. in fin. princ. vbi ita diffinit

nit feudũ, vt sit ius prædio alieno in perpetuum vtendi fruendi, quod pro beneficio dominus dat ea lege, vt qui accepit sibi fidem, & militiæ munus, aliudve seruitium præstet. Siue est res immobilis, quæ fidei, vel obsequij gratia certo modo alicui fruenda conceditur. Duar. in Comment. Feud. cap. 2. in princ. Aliter diffinitur apud Mantic. De Tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 2. in princ. Borell. d. arg. tit. 34.

Allodium dicitur proprium cuiusque patrimonium, quod more Roman. dicebatur prædium censui censendo, vel prædium mãcipi, vel quod iure Quiritium, aut quod mancipio, & nexu tenebatur. Cic. de arusp. resp. Vid. Pard. Prat. in suo Lexico. Vnde dicitur res allodialis, idest libera, & licet allodium significet illud, quod neminem recognoscit, præter Deũ, vt loquitur Guid. Pap. quęst. 112. Surd. cons. 384. num. 21. Franc. Decis. 540. num. 12. Mascard. de probat. concl. 79. num. 23. tamen in venditionibus, in quib. solet apponi hoc
3 verbum, significat iuxta † communẽ consuetudinem rem venditam liberam ab Emphyteusi, & Feudo. Sol. ad Cõst. Sab. De iure Emphyt. gloss. 2. num. 1. & seq. non autem ab oneribus, maximè cum omnia bona sint obnoxia oneribus. Bertazzol. De clauf. in clauf. 21. gloss. 1. & hoc carere omni prorsus dubio sæpe respondi in ditione nostra Med. vbi Nou. Constitut. cautum est, vt bona transeant cum oneribus Cost. de remed. subsidi. remed. 37. illat. 1. Solent tamen tabelliones abdere post verbum. Allodium, illam exceptionem, videlicet saluo ab oneribus ciuilibus vel ruralibus.

4 In dubio autem res † præsumitur libera & allodialis non autem Feudalis. Camill. Borell in sum. Decis. tit. 54. nume. 383. passimque recensen-
5 tur coniecturæ ex quibus colligi † possit rem esse feudalem, de quibus latiss. Surd. cons. 151. vbi bona in territorio Camaniæ existentia probat esse allodialia. idem cons. 180. num. 6. & 17. Addo. Mant dicto lib. 23. tit. 4. 5. & seq. Natt. cons. 460. Mascard. d. concl. 79 Thes. lib. 3. Quæst. Forens. cap. 105. In trigl. De Feud. quęst. 43. Cont. prima. Menoch. De præs. lib. 3. præs. 91. vbi num. 49. & seq.
6 ait ex † præstatione seruitij personalis per triginta annos præsumi rem feudalem. Quod si quis offerat se incontinenti probaturum rem esse
7 feudalem, tunc † non præsumitur allodialis, adeo, vt possit in possessionem mitti. Mascard. d. concl. 79. Quod sic accipio, vt debeat audiri volens incontinenti docere rem esse feudalem, & illius possessionem adipisci. Alb. cons. 78. num. 16.

SVMMAE.

1 *Actus nonnulli inualidi facti paulo ante mortem.*
2 *Emancipatio filia facta à patre in extremis laborante præsumitur fraudulenta.*
Quomodo id procedat, & num. seq.
Menochij locus.
Polydori Ripa sententia.
3 *Emancipatio filia, nonnisi eius consensu fieri potest.*
4 *Mortis in articulo qui actus valide fiant.*
Fraus non præsumitur ex eo, quod aliquid fiat in articulo mortis.
5 *Morte imminente multa permittuntur, quæ alioquin vetita sunt.*

CAP.

CAP. XXXXIV.

De his, quæ fiunt paulo ante mortem.

1 Actus sunt propemodum † infiniti, q̃ licet validè possint ab omnibus fieri, vt plurimum tamen si eo tempore celebrentur, quod statim mors consequatur, erūt inanes, & irriti, vt de repudio misso vxori, legitimatione per subsequens matrimonium, ingrediente religionē tempore morti proximo tradit Menoc. De Præsumpt. lib. 6. Præsumpt. 8. & lib. 4. præs. 81. num. 28. & eod. libro præs. 83. num. 76. vbi alia quamplurima similia recenset. latè Fœnut. De momento temporis cap. 7. Præsumptio enim fraudis efficit, vt tunc actus illi nō valeant. Quamobrem ex Anchar. cons. 430. tradidit Menoch. d.
2 præs. 8. nu. 6. emancipationem † filiæ factam à patre in extremis laborāte præsumi fraude factam, vt ab hæreditate filiam excluderet.

In hunc locum Menochij existimat Polyd. Rip. De act. in art. mortis, cap. 22. num. 9. incuria Typographi mendū irrepsisse, neq; enim hæc emancipatio potest præsumi fraudulenta ad exclusionem filiæ, Etenim
3 nonnisi filiæ † consensu potest fieri eiusdem emancipatio. §. illud autem in Instit. Quibus modis ius patr. potest. soluitur §. generaliter in auth. Quibus modis nat. effic. sui. fraudulenta igitur non potest esse illius emancipatio ad eiusdem exclusionem argum. text. in cap. scienti, in cap. damnum de reg. iur. lib. 6. Sed fraus fiet ad exclusionem aliorum à successione filiæ, quæ fuit sentētia Anchar. loco citato, veluti si pater filiam in extremis laborantem emanciparet, vt illa, facto testamēto, excluderet uenientes ab intestato. arg. l. filiæ meæ, ff. soluto matrim. Morot. Resp. 52. num. 8. & 35. & dixi supra lib. 1. cap. 96. nu. 9. Fœnut. De moment. temp. cap. 7. num. 50. Ratio igitur petita à fraude solida est in decisione prædictæ speciei Anch. nō aūt qd statim moriturus habeatur pro mortuo, nam si hoc uerum esset, sequeretur in articulo mortis constitutum non posse testari, quod falsum est. Rip. d. cap.
4 22. num. 5. Et tamen non solum † testamentum, sed alia quamplurima fieri possunt à constitutis in articulo mortis, ut ex uniuersa hac tractatione patet ita, ut receptum sit omnem actū, qui ualidè in uita celebrari potest, etiam fieri posse in articulo mortis, neque momentum & articulum mortis sufficere ad præsumendā fraudem, sed alia requiri adminicula, ut multis docet idem Fœnut. d. cap. 7. et
5 præsertim, num. 51. Contra † multa permittuntur imminēte morte, quæ alioquin sunt prohibita, ut de absolutione excommunicati, baptismi, et confessionis sacramentis collatis per laicum scripsit latè Costa. De Rem. subsid. rem. pen. et De iudic. cap. 1. num. 107.

SVMMAE.

1 *Excusationes reorum in causis criminalibus multæ.*
Mora prodest delinquentibus, & est calumniæ remedium.
2 *Absentia excusantur rei.*
Absentia multiplicis generis.
3 *Absentia allegata statuitur terminus ad reddendum certiorem reum.*
4 *Absentia reorum quomodo probetur.*
5 *Absentia excusatione non attenta si iudex ad ulteriora processerit, erit nullus processus.*
6 *Absentia dolosa non prodest.*
Abesse quando quis dicatur per fraudē.
7 *Carceratio reis præstat excusationem, nisi sit affectata, & quando dicatur affectata.*

In criminalibus causis datur recursus, & dicitur de nullitate sententiæ. Declara.

Const. Med. in §. A sententia. De Accusat.

Sententiæ notoriæ nullæ, vel iniustæ circunscribuntur per Senatum.

Impedimentum notorium, non est opponendum.

CAP. XXXXV.

De excusationibus reorum absentium, vel Carceratorum.

1 PRo reis citatis † in causis criminum, solent allegari multæ excusationes, vt res in longum differatur, multa enim commoda tempus secum affert, facultasque datur consulendi peritos, & in foro versatos Pragmaticos, ita vt multi impunè abierint patratis delictis, qui si incontinenti stitissent, meritas sustinuissent pœnas, & contrà innocentibus profuit mora, quæ solet esse calumniæ remedium, vt exemplis demonstrat P. Ærod. lib. IX. Rer. iud. tit. 8. cap. 1. Et ideo nihil cito, nihil indicta causa decernendũ.

2 Inter cœteras excusationes † est absentia quæ est probabilis, & necessaria simul, necessaria tantum, probabilis tantùm, & voluntaria. Clar. in §. fin. Pract. crim. quæst. 34. Iaf. in § rursus De action. in princ. gloss. in l. qui mittuntur, in verbo militibus. ff. ex quibus causis maiores. Al-

3 legata igitur absentia † statuitur terminus ad certiorem reddẽdum ipsũ reũ, vt possit comparere, & ab obiectis criminibus se purgare. Et li-

4 cet allegans † absentiam rei teneatur illam probare, tamen inualuit ea consuetudo in hac ditione, vt leuis probatio etiam per solũ iuramentum ipsius excusatoris sufficiat. Clar. d. quæst. 34. Farinac. De Delict. quæst. 11. num. 52. quoad concedendum tempus ad certiorãdũ. Quod si iudex processerit ad vlteriora, spreta

5 † hac excusatione absentiæ, & petitione termini, processus erit ipso iure nullus, aut saltem ope restitutionis in integrum rescindendus, Farinac. De Varijs, & diuers. Quæst. q. 99. num. 294. & num. 299. Baiard. ad Clar. d. quæst. 34. in princip.

6 Verùm fraudes hac in re fieri consueuerunt. Absentia igitur † dolosa, non prodest. Tunc autem per fraudem censetur quis abesse, quando paulo ante, vel post delictum, erat in loco delicti patrati, ex eo enim quod statim recessit, absentia affectata præsumitur, nisi tamen delictũ multis diebus antea fuisset commissum, nam tunc potuit contingere vt interiecto temporis interuallo inde discesserit. Clar. d. quæst. 34. vers. Sed pone. Farinac. d. quæst. 11. num. 52. & latius d. quæst. 99. num. 296.

7 Carceratio eodem † modo præstat excusationem, nisi sit affectata, & iudex prudens, cuius arbitrio multa committuntur, iudicabit eam esse affectatam, vbi statim post citationem secuta fuerit. Clar. d. quæst. 34. in fine. At vbi non est affectata, tunc iusta est excusatio, vt etiam si non fuerit oppositum reum citatum esse in alio carcere, Senatus consueuerit reum admittere ad nouas defensiones, vbi verè appareat eum fuisse in carcere; vt factum fuisse in causa Hieronymi Castelli ann. 1559. die 20. Martij scripsit Clar. in d. q. 34. in fine. Farinac. d. quæst. 11. num. 54.

8 Immò licet, ex No. Constit. Med. in tit. De Accusat. §. a sententia, non possit in causis criminalibus † à sententijs appellari, nec de nullitate dici, nec in integrum restitutio peti, nec

nec aliud remedium competat, tamen ex ijſdem conſtitutionibus recurſus conce datur, & præterea vbi ſententia eſſe notoriè nulla, vt quia poſt allegatum impedimentum carceris, vel abſentię, lata fuiſſet, vel alio pacto eſſet nulla, poſſit de nullitate dici, vt cenſuit Senatus die 15. Iunij anni 1619. litteris datis ad Prætorē Caſellarum, neq; enim d. §. A ſentētia procedit in ſententia notoriè nulla, & præterea impedimentum notorium non eſt opponendum, iuxtà tradita per Hadrian. Neguſant. q. 135. num. 11. & Eadem ratione ſolet Senatus ſententias in cauſis criminalibus latas notoriè iniuſtas circūſcribere, ac etiam quandoque moderari pęnam impoſitam, vt contigit præſertim die 30. Ianuarij 1620. referente Ampliſſimo Senatore Meltio, & die 17. Decembris, & die 27. Auguſti, & die nona Ian. eiuſdē anni, & alias ſæpenumero. Vide Farinac. quæſt. 30.

S V M M Æ.

1 *Exculpatio ſolet eſſe ſuſpecta.*
2 *Exculpationes quando proſint.*
3 *Morti proximus non præſumitur immemor ſalutis æternæ.*
4 *Exculpatio morti proximi, & conſtituti in articulo mortis, ſolet prodeſſe.*

C A P. XXXXVI.

De Exculpatione.

Non rarò accidit, vt qui aliquē teſtimonio ſuo lęſit, dum illū ſceleris à ſe patrati ſocium eſſe dixit, ab eodem culpam amouere extraiudiciali teſtatione contraria conetur.

1 Hanc † exculpationem, vt in foro loquimur, ſuſpectam habere ſolent iudices, cum præſumatur ſecuta ad ſuggeſtionem.

2 Prodeſt tamen, quū fit † accedente iuriſiurandi religione ab eo, qui ſtatim eſt moriturus, & maximè vbi iā laqueo gulam inſeruit. Prodeſt etiā facta paulo poſt confeſſionē, & ſumptam Sacroſanctam Euchariſtiam. Maſcard. concl. 1135. De Probat. Farinac. q. 43. num. 11. q. 46. num. 68. conſ. 55. num. 5. 16. & conſ. 79. nu. 14.

3 Morti. n. proximus nō † præſumitur ſalutis æternæ immemor, licet etiam vulgò illud iactari ſoleat. Nō omnis moriens eſt. D. Io. Bap. Polyd. Rip. De act. in art. mortis. c. 27. nu 8. & 9. & cap. 50. vbi latè agit de præſumendo pro depoſitione illius, qui morti eſt proximus, niſi tñ agatur de præiudicio tertij. Concurrentibus igitur

4 alijs † adminiculis, multo magis exculpationi illius, qui ſtatim eſt moriturus, plurimum tribuendum. Idē dicendum de eo, qui in articulo mortis cōſtitutus ab eo culpam amouet, quem antea teſtimonio ſuo lęſerat. Fœnut. De Moment. temp. cap. 7. num. 19. & ſeq.

S V M M Æ.

1 *Executor merus, an mixtus quis ſit ſolet ſæpè quæri. eius rei cognoſcendæ argumenta, & num. ſeq.*
2 *Executor merus vbi quis eſt, illud quod ſupereſt poſt implementum, debetur hæredi, ſecus in mixto.*
3 *Executor merus dicitur, vbi quid eſt ſtatim implendum. Declara.*
L. Pecuniæ ff. de alim. & cib. leg. expoſita.
4 *Executor merus an ſit, an mixtus plurimum refert in ſententijs executioni mittendis.*
Executor merus nullam adhibet cognitionem. Declara.
Executores Apoſtolici an poſſint ſe informare de narratis, & an illis credatur.
5 *Iudex requiſitus an cognoſcat de nullitate, vel iniuſtitia.*

H 2 Exe-

Executor mixtus cognoscit.
Brachio seculari implorato, an cognoscatur de nullitate, vel iniustitia sniā.

CAP. XXXXVII.

De mero, & mixto executore.

SÆpè quæritur (neq; modicę vtilitatis est qō) an quis in testamē-
1 to relictus † sit nudus minister, & executor, an verò mixtus dici possit: vbi
2 quis est nudus & merus † executor; tunc illud quod superest post implementum debetur hæredi, secus est in mixto executore, qui legatarius est. l. Lucius 88. §. à te peto. ff. de leg. 2.

Varia autem sunt argumenta, ex quibus colligi possit, an quis merus, an mixtus executor sit, de quib. Bart. & alij in l. pecuniæ. 8. ff. de alim. & cib. leg. latiss. Stephan. Gratian. lib. 3. Discept. Foren. cap. 563. num. 47. 52. & seq. & cap. 446. num. 16. Gasp. Thes. lib. 3. Forens. Quæst. cap. 9.

Inter cœtera illud recensetur argumentum, quo dignosci pōt merus
3 executor † à mixto, ꝙ videlicet vbi statim, & momento tēporis quid est implendum, tunc dicatur merus executor, secus vbi implementum requirit tractum successiuum. d. l. pecuniæ ff. de alim. & cib. leg. ibi, *nam ea res præsentem, ac momentaneam curam iniungit.*

Verùm hanc opinionem, & coniecturam refellit latè Stephan. Grat. d. c. 563. num. 65. & 71. exponitq; illa verba, *præsentem, & momentaneam curam*, vt sit sensus, eum dici merum executorem, qui est nudus minister, & habet nudam distributionem, nō autem præstationem, quasi de re sua, & variè explicat d. l. pecuniæ, vna cū glo. ibidem Ego verba illa in fine, nimirum *Alimentorum vero etc.* sic accipio, vt verecundia & pudore dicamur adstringi, vt obligatiōe ciuili, & ideo à nonnullis legitur ibi *Adstringit*, & verbum *Pulsantibus*, nō ad cohęredes, sed ad libertos refertur, quibus sunt soluenda alimenta, vel ad ipsa onera menstrua, atque annua. Ibi igitur ponitur discrimē inter illud, quod statim sine aliqua cura est præstandum ab executore mero, & illud, quod tractum successiuum requirit, & mixtum ministerium. Non tñ negauerim, quin etiam mixtus dici possit minister, & executor, licet statim teneatur quid facere, sed cum cura pręsens, & momentanea iniungitur, vt est legatorum diuisio, tunc cēsetur merus executor, vbi aliud nō appareat, quemadmodum ex tractu successiuo conijcimus mixtum esse executorem, licet nō ex eo solum, neque sit hoc perpetuum.

4 In sententijs pariter † executioni mādandis plurimum refert, an quis sit merus, an mixtus executor. nam merus nullam adhibet cognitionē, nisi ageretur de illis exceptionibus, quæ contra executionem solent opponi. Menoch. cōs. 479. num. 34. l. & si non cognitio. C. si contra ius. Valenz. cōs. 48. num. 31. Gab. de execut. rei iud. cōcl. 3. nu. 10. Stephan. Grat. lib. 3. Forens. Discept. cap. 551. num. 10. & cap. 118. num. 42. Et ideo debet sententiam mandare executioni, nō obstante allegatione nullitatis, vel iniustitiæ etiā notoriæ, vbi de ea iam fuerit cognitum. Stephan. Gratian. Discept. 411. num. 27. Possunt tamen meri executores Apostolici extraiudicialiter se informare de narratis, & creditur illis, quod videlicet se informaueriut, vbi tantum tēporis spaciū effluxit, quo potuerint se instruere. Marisc. lib. 2. var. resol. c. 1. nu. 151.

Iudex tamen requisitus, puta vbi
5 imploratur † brachium seculare, vel alio pacto, cognoscit summatim de nullitate, vel iniustitia, quę illicò potest

teſt probati, neque longam requirit indaginem. Et vbi de ea appareat, non mittit ſententiam executioni. Qua de re latè agit Natt. conſil.529. lib.3. vbi ait partem eſſe citandam. Boſſ. De foro compet. num.88. & ſeq. Menoch.conſ.1104.& conſ.676. Adrian.Neguſ. Quæſt.378.num.10. Coſt. De Remed. ſubſid. remed.21. Borell. in ſumm. Deciſ. tit.41.num. 246.Farinac. De hęreſi.quæſt.186.§. 9.num.162.& ſeq. Franc.Molin. De Brach. Secul.lib.1.inſp.4.cap.10.nu. 40.& lib.2.cap.38. Mixtus executor cognoſcit latè Valenz.conſil.9.num. primo cum ſeq.

SVMMAE.

1 *Forum quot modis quis ſortiatur.*
2 *Solutionis deſtinatæ in loco cenſetur quis contraxiſſe.*
3 *Forum an quis ſortiatur ob contractum.*
4 *Foro alieno ſe quandoque ſubijciunt contrahentes.*
Iuriſdictioni alienæ ſe ſubijciens, an extra forum poſſit conueniri, & nu. ſeq.
Executoribus Cameræ tribuitur iuriſdictio ex pacto contrahentium.
5 *Executores Cameræ an ex pacto poſſint exercere iuriſdictionem in toto dominio, etiam ſi quis non reperiatur, vbi conuenitur.*

CAP. XXXXVIII.

De foro ſortiendo ob contractum.

1 Forum quis ſortitur † non ſolum propter originem, rem ſitã, domocilium, delictum. Boſſ.de foro cõpet.nu.73. & ſeq.l.actor. C.vbi in rẽ act.c.ſanè. De foro comp. Borell. in ſum.deciſ.tit.43.nu.39.ſed etiam ob cõtractum.l. contraxiſſe.ff. de oblig. & act. quæ loquitur de loco deſtina-
2 tæ † ſolutionis, in eo.n.cenſetur quis cõtraxiſſe, in quo ſe obligauit, vt ſolueret. l. quęro.ff.de ſolut. Iaſ. in §. ſi quis agens. verſ. Plus autem nu.16. de action.Rot. Gen. deciſ.161.num. 5.& 7.

3 Quando igitur † quęritur, an ob contractum ſortiatur quis forum in aliquod loco, vt ibi poſſit conueniri, tunc diſtingue. Aut ibi non reperitur, & conueniri non põt, niſi ex pacto, vt infra nu.5. Aut ibi reperitur, & ibidem põt conueniri. Borell. d. tit. 43.num.48.Franc. Marc.quæſt.400. & 401.par.1. & q.244. par. 2. niſi tñ momento temporis ibi eſſet commoraturus. Surd. conſ.106. num.16. In viatore aũt recipitur hæc diſtinctio pręcipua. Aut agitur de re ſtatim tradenda, vel imminente in limine contractus, & ratione contractus quis ſortitur forum. Bald.in l.ſi poſt perfectum. C.de euict.num.3.Bart.in l. hæres abſens.§. proinde num.1.ff.de iud. vbi affert exemplum. Borell. in ſum. deciſ.tit.43. nu.124. Aut igitur de re non ſtatim expedienda, & tunc aut alter contrahens ſciebat eũ viatorem, & ſtatim receſſurum, & non põt eum in loco contractus conuenire, aut ignorabat, & ſecus eſt. Bald.& Bart.locis cit.Borgn.deciſ.2. De iud. Capel.Toloſ.q.103.Socin. reg.24.in verb. Aduena Illuſtriſſ. Tuſc.in ſuis Pract. concl.in verb. Forũ. cõcl.438. nu.21.29. Quando aũt præſumatur ſciuiſſe aut ignoraſſe tradit Bart.in d. §.proinde. Corn. cõſ.70.vol.2. Natt. cõſ.431. nu.19.vol.2. Camill.Borell. d.tit.43.n.123. Cęterũ ſolent cõtra-
4 hentes † ſe ſubijcere pacto expreſſo alienę iuriſdictioni, & maximè ĩ hac ditione ſe ſubijciũt iuriſdictioni executorum Cameræ, de quibus in Nou. Cõſt. Med.tit.de execut. Fiſci approbanturq; huiuſmodi pacta à Senatu ex formula intra trieniũ, ac ẽt eo lapſo, vbi ita cõuenerit inter partes. Sępè aũt venit in diſceptationẽ, an huiuſ-

5 iusmodi executores † exercere possint in cõtrahẽtes iurisdõnem, & si ibi nõ reperiatur. Qua de re Ruginel. De appell. §.2.c.3.n.161. Senatus sępè declarauit ex pacto cum renũciatione fori approbato ab eodẽ ordine, eos habere iurisdictionem in toto dominio, etiam si debitor ibi non reperiatur, vbi conuenitur, & præsertim ità censuit die 18. Maij 1620. referente amplissimo Senatore Cattaneo, vt videre est penes Egr. Secretarium Besutium inter Abduas, & I.C. Ferrussinum. Idem censuit eodem die etiã quo ad alios iudices. Addo tradita per Tusc. dicta concl. 438. num. 4.

S V M M AE.

1 *Retractus iure vti volenti multa solent opponi.*
2 *Retractus ius an competat feminis.*
3 *Retractus ius an habeat locum in re permutata, & num. seq.*
Permutare non prohibetur, qui prohibetur vendere.
4 *Permutatio non est alienatio.*
5 *In permutatione ficta, an habeat locum ius retractus.*
Retractui quando sit locus ob fraudem.
Fraus quomodo præsumatur ad exclusionem retractus.
Incontinenti quod fit præsumitur præcogitatum.
6 *Locatio quando censeatur facta in fraudem retractus.*
7 *Tiberius Cæsar à quæstura quendam remouit, qui vxorem pridie sortitione ductam, postridie in fraudem repudiasset.*
8 *Retractum an impediat redimens rem venditam.*
Feudum & Emphyteusis an possint statim redimi ad euitandã priuationẽ.
Fraus probatur ex breuitate temporis.
9 *In feudis an habeat locum ius retractus.*
Retrahere volenti obijcitur, quòd tẽpore contractus natus nõ esset, nec cõceptus.
10 *Retractu vti volens tenetur vel totum emere, vel totum dimittere. Declara.*
Retrahere volenti obstat lapsus triginta annorum.
11 *Retractus ius an possit cedi.*
Donationis simulata nõ est habẽda ratio.

C A P. XXXXVIIII.

De exceptionibus aduersus ius retractus.

1 PRopinquiori † volenti rem alienatã retrahere, iuxta leges municipales, & consuetudines, quæ passim vigent, & inualuerunt, vt apud Tiraq. & D. Carolum Tapiam in supremo rerum Italicarũ Regio Consilio Regentem. De iure Regni Neapolit. lib. 4. rub. 17. multa solent in foro opponi. Sępenumero opponit feminis, maximè nuptis, non com-
2 petere † huiusmodi ius retractus, quã tamen exceptionem latè inanem esse probat Gall. cons. 101. Tiraq. De retract. Lignag. §.1. gloss. 8. num. 1. & seq. & gloss. 9. num. 199. Cepoll. cons. ciuil. 62. in sec. dubio, & cons. 65. in fine. Paris. cons. 81. num. 20. & seq. lib. 3. Aldouin. cons. 32. num. 5. cons. 34. num. 14. nisi agatur de retrahenda re cuius incapaces sint feminæ. Exemplum in feudis. Petr. Greg. Tolos. lib. 26. Syntag. iur. vniuers. cap. 17. num. 2. & seq. Exceptio est pariter solemnis contra volentes retrahere, quod videlicet non fuerit
3 † vendita res, sed permutata, & in permutatione nõ sit locus retractui, iuxta congestos per eundem Tolos. d. lib. 26. cap. 12. nam qui prohibetur vendere, non prohibetur permutare. l. 3. C. de præd. curial. lib. 10. c. ad quæstiones. de rerum permut. Præ-
4 tereà † permutatio non videtur alienatio, cum alia res in locũ datę subrogetur, quę prioris naturam referre videatur. Boer. in §.1. De Retract. in consuet. Biturig. Cessat igitur retractus

tractus in permutatione, vt probat Tiraq. De Retract. Lignag. §.1. gloss. 14. num. 31. Molin De Contract. tom.2. disput 370. colum.6. Peregr. conf.39. num.2. lib.2. Aldouin. conf. 59. num.2. & 13.

Quod intelligendum, si vera est, & propria permutatio, secus si ob pretium appareat contractum venditionis celebratū fuisse Petr. Greg. dicto cap.12. Aldouin. d. conf.39. Tiraq. d. §.1. gloss.14. num.40. & sequ. Eodem modo si fiat fraus statuto fi-
5 cta permutatione non poterit † repelli retrahens, veluti si alter ex permutatoribꝰ rē permutatā statim, vel modico interiecto tp̄ris spatio redemisset, nā ꝑ eo pretio rē sibi titulo ꝑmutationis traditam redemisse videretur, & proinde propinquiori aperietur via ad retrahendum, nam ex vicinitate temporis fraus præsumitur. Peregr. d. conf.12. nu. 10. Ob eandē rationem breuitatis tēporis ait Marant. Disput.9. nu.23. si aliquis emat fundum, & incontinenti ipsum donet, vel cum alio permutet, licet permissa sit donatio, & permutatio, tamē censeri fraudem inesse, & locum esse retractui. Fœnut. De Moment. cap.21. num.13. Immò Marant. contra aliorum sententiam idem esse putat, vbi etiam ex interuallo rem emptam ipse emptor donaret, vel permutaret, nimirum num.27.

Quamobrem dubia videtur traditio Petr. Greg. d. cap.12. nimirum non dici in fraudem eum fecisse, qui cum vellet ius protomiseos declinare, & vellet prędium emere, aliud prædium dedit, quod pro pretio, nomine permutationis tradidit, quod is cum quo permutauit, statim vendidit, vtroque sibi ita prospiciente, quasi hoc non fraudi, sed prudentiæ sit adscribendum, & in fraude animus, & euentus consideretur. Etenim ex eo quod secutum fuit incontinenti præsumitur fraus, & initio adfuisse tale consilium. Et licet Tiraq. in pręfat. Retract. num.79. in simili specie iudicatum fuisse scribat non esse locum retractui, cum calido, & maligno animo rem non processisse apparuerit, tamen in fin. nu. 81. aliud censet, vbi fraus coniecturis alijs, & indicijs deprehenderetur, veluti si in specie illa Męuius, à quo fundus emptus retrahebatur diutius fundum à se permutatū possedit, non Titius, aut is, cui postea vendidit, vel etiam si Męuius verè tradidit, & aliquando Titius, aut suus emptor possedit, sed non longo post tempore Mæuius ipsum recuperauit, vt verisimiliter præsumatur ità actum fuisse initio, præmeditatū enim pręsumitur, quod statim fit. Borell. conf.35. num.16. Statuto Florentię cautum est, vt habēs domum contiguam alteri domui venditæ, possit hanc retrahere, restituto pretio. Vēdidit quidam dimidiam partem domus, & alteram sibi retinuit, posteàq; incontinenti hanc eidē vendidit. Videbatur non esse locum retractui, cum partem illam retentam vendidit ei, qui iam ex priori venditione habebat domum contiguā, alteram scilicet partem: præcautio est enim hæc, & prudens consilium. Verùm Corn. conf.29. lib.3. respondit non licere hoc casu fraudare consanguineum commodo, & beneficio statuti. Tiraq. latè dicta præfat. nu. 73. & 78. cuius ea tandem videtur esse sententia, vt si quis id faceret, principaliter eo animo, & cōsilio, vt fraudaret, tunc procederet opinio Cornei, secus si id ageret, vt sibi prospiceret, ne indebitè damnum pateretur, ex breuitate autem temporis, & ex incontinenti secutis in hac materia, vt in alijs, fraudem, & dolum pręsumi-

mimus, veluti si locatio paulo an-
6 te † venditionem sit facta, nam in
fraudem retractus censetur facta, si
eam subsequatur venditio. Laté Ti-
raq. d. tract. De Retract. lignag. §.
1. gloss. 7. num. 73. 77. 78. Non abs-
re igitur Tiberius Cæsar quendam
à quæstura remouit, quod uxorem
7 pridie sortitione † ductam, postri-
die repudiasset, veluti id in fraudem
fecisset, vt retulit Suet. in Tiberio. c.
35. Tiraq. d. loco num. 77.

Sed quæritur, quid si quis post vẽ-
8 ditionem † redemerit rem, an im-
pediat retractũ. Tiraq. d. §. 1. gloss.
2. num 40. Et creditum est, non im-
pedire, neque enim potest fieri redẽ-
ptio in præiudicium volentis retra-
here, quod exemplo emphyteutæ, &
vassalli alienantis emphyteusim, &
feudum docuit Tiraq. de Retract.
conuent. §. 1. gloss. 7. num. 18. &
24. Intrigl. De Feud. quæst. 1. num.
27. & cent. 2. art. 5. num. 526. nisi
tamen redemptio fieret ex pacto in-
continenti adiecto, vt dixi supra lib.
1. c. 72. vel fortasse nisi statim redem
ptio fieret iuxta supra tradita. d. lib.
1. cap. 76. num. 15. & in simili ma-
teria coniecturis probari fraudem,
& maximé eam colligi ex temporis
breuitate, tradit Francisc. Castil. de-
cis. 89. num. 18. & 21. Obijcitur etiã
aduersus volentem retrahere, quod
agatur de feudo, ideoque non sit lo-
9 cus † retractui, quæ exceptio cùm sit
iuris, statim est decidenda, neque re-
ijcienda ad finem litis, iuxta tradi-
ta supra lib. 1. cap. 18. Surd. cons.
214. num. 10. lib. 2. Menoch. cons.
367. num. 5. Hoc verum, vbi constat
agi de feudo, nam tunc debet cogno-
sci ante omnia, an in eo procedat re-
tractus, iuxta congestos per Mastrill.
decis. 8. num. 2. lib. 1. secus vbi res du
bia sit, vt in specie, de qua agit in ea-
dem decis. 8. Mastrill. Præterea solet
opponi, quod volens retrahere non
esset natus, nec conceptus tempore
contractus. Peregr. decis. 19. nume.
16.

Hoc ius retractus sæpe solet elu-
10 di facta venditione † vno, & eodem
tempore, & eodem pretio plurium
rerum, nam facta oblatione per em-
ptorem, tenetur volẽs retrahere, vel
totum emere, vel totum dimittere.
Quod tamen non debet indistinctè
procedere, ne sit in facultate vendi-
toris priuare habentem ius retra-
ctus iure suo; sed multa sunt conside-
randa, & præcipuè an unica sit res sal
tẽ destinatione domini, an esset em-
ptur⁹ quis, nec ne Decian. resp. 1. vol.
5. Guid. Papæ. quæst. 508. Surd. cons.
441. num. 32. cons. 359. num. 30. Ma-
gon. decis. Florent. 29. Cost. De Rat.
quæst. 100. Francisc. Castill. decis.
89. Vlterius obstat retrahere volenti
lapsus temporis puta 30. annorum.
Peregr. d. decis. 19. num. 2.

11 Sed nec potest † cedi ius retract⁹.
Tiraq. De Retract. lignag. §. 26.
gloss. 1. num. 1. Qua de re Cioff. cõs.
104. num. 2. part. 2. Claper. in suis
cent. caus. Fisc. caus. 100. q. 1. num.
2. & ideo si quis retrahat, & statim
vendat, videbatur dicendum empto-
rem primum posse retrahere. Con-
trarium tamen sequitur Carpan. ad
Stat. Mediol. 434. num. 207. vbi ait
Senatum aditum noluisse prohibe-
re, quo minus fieri posset alienatio
statim re retracta. Aliud fortasse di-
cendum probata fraude. Vide infrà
cap. 122. nu. 2. & 3. Tapiam loco ci-
tato num. 30. & seq. vbi probat si-
mulatæ donationis non esse haben-
dam rationem.

SVMMAE.

1 *Legibus omnia sanciri melius est, quàm iudicũ voluntati dimitti. Ratio qua.*

2 *Pru-*

2 *Prudentes paucos facilius est inuenire, qui leges ferant, quam multos, qui iudicent.*
3 *Leges in vniuersum feruntur.*
4 *Iudices de præsentibus causis iudicant.*
5 *Prætorum edicta olim erant annua.*
Prætorum edicta, quare facta sint perpetua.
Saluius Iulianus in vnum redegit edicta Prætorum.
Vlpianus interpres edictorum Prætorũ.
6 *Prætores quare solum per edictum ius constituerent.*
7 *Leges longi temporis consideratione solent fieri.*
Leges olim trinundino ferebantur.
Iudicia breuissimè expediuntur.
8 *Vsus longi temporis legum corrector.*

CAP. XXXXX.

De legum sanciendarum rationibus.

1 Melius esse omnia †legibus sanciri, quàm iudicum voluntati, & arbitrio dimitti scripsit Philos. lib. 1. Rhet. Cuius rei triplex affertur ratio. Rebuff. in proœm. De Const. gloss. 1. num. 10. & sequ. Prima est,
2 quia vnum, aut paucos † prudentes, qui leges ferre aut iudicare possint, facilius est inuenire, quàm multos. Secunda est, quia in vniuersum, &
3 de futuris negotijs iudicant † legislatores, & ideo affectionibus minimè sunt obnoxij, quæ veritati tenebras offundunt, & iudicium humanum peruertunt. Osasc. in proœm. decis. num. 6. Præclarè Cæsar apud Sallust. in Catil. ait, *Omnes homines P. C. qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facilè animus verum prouidet, vbi illa officiunt.*
4 At Iudices† de præsentibus, & certis causis iudicant, in quibus affectionibus duci possunt, & huc illuc abripi, à bono, & honesto deflectentes. Necesse igitur fuit, legibus plurima comprehendere, pauca arbitrio iudicum relinquere. c. quattuor modis 11. quæst. 3. Rebuff. d. gloss. 1. nu. 13. Hanc ferè ob causam, cum olim
5 edicta † Prætorum essent annua, anno enim terminabatur eorum magistratus, facta sunt perpetua, vt coerceretur iniquitas, & nimia variatio Prætorum, & primus Saluius Iulianus ea in vnum redegit, quæ postea Vlpian. est interpretatus. Vnde illę inscriptiones legum, Vlpianus ad edictum, vt dixi in rub. C. qui admitti. l. edita. C. de edendo, l. 1. ff. si cert. pet. Bud. in l. 2. ff. de stat hom. Alciat. lib. 2. Disp. cap. 27. & in rub. C. de edendo. Bellon. libro 1. supp. cap. 9. num. 4. & 5. Ideo autem Præ-
6 tores † solum poterant ius per edictum constituere, quia suspicio erat, ne quid doni, vel amicitiæ, vel odij gratia statuerent. Theoph. in §. Prætorum, in Inst. De iure nat. gent. & ciuil.

Tertia est ratio, quia longi tempo-
7 ris consideratione † feruntur leges, at iudicia breuissimè expediuntur, licet reuera nunc pene immortalia fiãt. Quę momento igitur temporis fiunt, momento pariter corruunt. Olim trinũdino ferebãt leges, idest tribus nundinis proponebantur, & promulgabantur, & tandem ferebãtur. Alex. lib. 6. Genial. cap. 23. Rebuff. d. glos. 3. num. 12. ità, vt inter eũ diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederent, quò & sæpius, & à pluribus, vrbem mercandi, vendendique causa visitantibus promulgata lex cognosci posset, vt rectè censuit Paulus Manutius de legibus Rom. cap. 5. & 6. Anton. Augustin. de legibus, cap. 9. & 10.

Leges igitur sic latę meliores, quã iudicia. Rebuff. d. nu. 12. Vbi autem

8 sunt † latæ leges, vsus longi temporis dicitur earum esse corrector. Liu. lib. 45.

S V M M AE.

1 *Legitima an contineatur in proscriptione bonorum.*

2 *Legitima nō acquiritur fisco, vbi filius, viuente patre delictum commisit.*

In legitima licet filius habeat spem probabilem, tamen non est adeò radicata, vt veniat in confiscationem.

Quid si deliquerit viuo patre, & sequatur confiscatio post mortem?

3 *Radicatum ius quodnam dicatur.*

4 *Legitima an sit reseruanda filijs, vbi pater deliquit.*

5 *Legitima an veniat in confiscationem, quando filius mortuo patre, statim deliquit ante illius petitionem, & num. seq.*

6 *Legitima an statim debeatur filio à morte patris cū fructibus absque petitione.*

Legitima ad hæredes extraneos transmittitur.

Legitima an possit renuntiari per filium in fraudem Fisci.

7 *Legitima debetur filio commutabiliter.*

In confiscatione præsentia bona tantùm contineri, non acquisita post delictum.

8 *Legitima ascendentium an contineatur in confiscatione, & quid dicendum in hac Ditione Mediol.*

C A P. L I.

De legitima, an contineatur in bonorum proscriptione.

1 Legitima an cōtineatur † in proscriptione, siue confiscatione bonorum, sæpe quæsitum fuit. Et placet plures species constituere, & expendere.

Prima est, quando filius delictum 2 commisit, viuente † patre, & tunc non adquiritur legitima fisco. Decian. resp. 64. lib. 3. num. 40. Bsiard. ad Clar. in §. fin. quest. 78. num. 48. Ratio est inquit Menoch. cons. 77. num. 28. quia licet filius habeat spem probabilem, tamen non est adeò radicata in bonis paternis, vt veniat in confiscationem, rē odiosam, est enim ius futurum, quod non est propriè ius. Caball. Resol. crim. 264. num. 10. cum seq. vbi etiam idem esse ait, si filius patre viuo deliquerit, & post eius mortem condemnetur cū bonorum confiscatione. Carpan. in §. omnium in No. Const. De iure Fisci. num. 245. cum seq.

3 Cæterùm ius radicatū † dicitur, vbi non pendet ab alieno arbitrio. Peregr. cons. vnico post tract. De iure fisci. num. 15. l. inde Neratius. §. 1. vbi glos. in verb. Quia retrorsum. ff. ad leg. Aquil. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 89. num. 9. Secunda est species, quando pater deliquit, an filijs sit reseruanda legitima. Et videbatur dicendum non esse reseruandam ob rationem supra allatam, nam cùm non sit radicatum ius filij in bonis patris, respectu legitimæ, ea tanquam adhuc in bonis patris existens erit confiscanda. Aut enim est in bonis patris, & confiscatur, omnibus eius bonis fisco adiudicatis, aut non est in bonis paternis, & filio delinquente, adquiri debet fisco.

Verùm receptior est contraria opinio, cum sit quasi debita, & tanquam æs alienum ob certam spem. Menoch. d. cons. 77. Peregr. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. num. 34. neque enim legitima possunt priuari filij, nisi ob causam. Licet igitur viuente patre nō sit filius dominus legitimę, tamen est adeò probabilis spes, immò certa ei deberi, vt ratio naturalis videatur idipsum suadere, videlicet nec filio delinquente viuo patre, nec patre

patre delictum committente, legitimam filij esse confiscãdam. Peregr. loco citato. Farinac latissimè quæst. 24. num. 34. vbi id extendit, & declarat multis modis. Carpan. in d. §. omnium, num. 762.

5 Tertia est species, quando † filius statim mortuo patre deliquit ante petitionem legitimæ. Et tradit Menoch. d. cons. 77. num. 28. venire tũc legitimam in confiscationem. Ratio
6 est, quia legitima † statim debetur filio à die mortis patris cũ fructibus, ità, vt non opus sit aliqua petitione. Aldouin. cons. 104. num. 79. Carol. Bardell. cõs. 25. nu 94. trãsmittiturq; ad hæredes etiã extraneos Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Foréſ. c. 241. n. 8. c. 448. num. 23. & lib. 1. cap. 118. num. 56. Alexand. Galuan. consilio 31. num. 136. & 149. Aldouin. cons. 76. num. 68. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 10.

Non poterit igitur filius tunc renuntiare legitimæ, cum sit quæsitum ius filio, & consecutiuè fisco, in cuius fraudem non potest fieri renunciatio, vt nec in fraudem creditorum. Peregr. De fideicõm. art. 3. nu. 131.

Verùm in contrariam opinionem videtur discedere idem Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. ·. num. 151. & cõs. 46. num. 17. lib. 3. nam legitima debe
7 tur † commutabiliter, idest filio volente, & debetur non ex contractu, sed ex lege, ideo potest etiam in fraudem creditorum filius illam à se abdicare. Et differentia est quò ad trãsmissionem, & quò ad publicationem ex delicto. Menoch. d. cons. 77. num. 28. & in hac ditione continentur tãtum bona præsentia, non acquisita post delictum; vt sæpè censuit Senatus præsertim anno 1570. 16. Decẽbris penes Egr. Secretarium Landr. & ità seruat Magistratus. vide Alex. cons. 23. lib. 1. num. 2. Alb. cons. 117.

Quarta species pertinet ad legiti-
8 mam ascendentium, & in † patre receptum est in publicatione bonorũ filij, non cõtineri legitimã patri debitam, secus esse in matre, cum nec publicatis bonis matris ob eius delictum, salua sit filio legitima. Clar. §. fin. Prax. crim. quæst. 78. vers. Videndum est & Farinac. d. quęst. 24. num. 41. Sed in ditione Med. aliud est receptum, ob dictum §. omnium, vt latè ostendit ibidem Carpan. numero 739. appellatione enim ascendentium etiam mater continetur.

SVMMAE.

1 Solutio facienda in loco destinato solutioni.

2 Solutio si non fiat in loco destinato solutioni, & id contingat ex causa actoris, ea res non debet nocere debitori.

3 Creditor dicitur esse in mora, si ad locum destinatum solutioni, in tempore se non contulit.

In mora quando sit debitor, vel creditor non facta solutione in loco illi destinato.

4 In mora an sit debitor non interpellatus.

Interpellatio requiritur ad constituendũ debitorem in mora. Declara.

5 Solutio an fieri possit post tempus à debitore.

CAP. LII.

De mora non soluentis in loco destinato solutioni.

1 QVi promisit, constituitvè † se certo aliquo loco vel tempore soluturum, debet in loco destinato, & tempore præfinito soluere. l. is, qui certo, & in vniuerso eo tit. ff. De eo quod certo loco. l. 3 4. & 5. ff. de const. pecun. l. si duo. §. sed & certo. ff. eodem vbi Vlpian. verba edicti Prętoris interpretatur. In loco igi-

tur destinato est facienda solutio. Quod si steterit per actorem quo minus in loco † destinato solueretur, tunc ea res non oberit debitori; stetisse autẽ, vel non stetisse per actorẽ intelligimus, si die cõstituto nõ iuit ad locum destinatum solutioni, nam ante, & post non spectatur. l. item verba, vbi gloss. & alij. ff. de const. pecun. Illo igitur præciso tempore † qđ solutioni est prefinitum, debet creditor se conferre ad locum destinatum solutioni, vt non dicatur esse in mora ipse, sed debitorem in mora constituat. Quod adeò procedit, vt nec teneatur debitor probare se fuisse paratum illo die ad soluendum in illo loco, nam satis est abfuisse ab eo, tempore solutionis creditorem. Bart. in d. l. item verba num. 10. Immò licet iuratum sit debitum, & creditor sit in loco destinato solutioni, tamẽ nõ erit dicendum debitorem in mora constitutum, vbi incontinenti non soluat, nisi secuta sit interpellatio creditoris, ante illam enim non dicitur morosus debitor. laté Hond. consil. 36. lib. 2. num. 12. 13. 26. & 27. Carol. Bardell. cons. 160. num. 12. & 14. Interpellatio requiritur † ad cõstituendum debitorem in mora, & maximè vbi agitur de rescissione contractus ob implementum non secutũ Surd. decis. 211. num. 9. Stephan. Gratian. lib. 3. Discept. Forens. cap. 523. nu. 25 & seq. Quæ tamen non procedunt in vsuris dotalibus, quas maritus consequitur, licet eodem die non fuerit in loco destinatę solutionis. Idem Gratian. c. 241. num. 58.

Cęterum si ille, qui constituit, alia die, & maximè † incontinenti rem offerat, & actor sine iusta causa accipere recuset, erit subueniendum debitori vsq; ad diem iudicij, ac etiam post intra paucos dies. gloss. in l. sed & si alia, ff. de const. pecun. in l. & si post tres. ff. si quis caution. In mora igitur erit debitor, qui non fecit die illo, in quem constituit, vel post, vbi tamen non interfit creditoris, nam vbi interfit, postea facere non potest d. l. sed & si alia cum l. seq. ff. de const. pecun.

SVMMAE.

1 *De Muliere statim à morte mariti secundas nuptias contrahente.*

Muliere secundas ineunte nuptias incontinenti post mortem mariti, & intra nouem menses edente partum, cuiusnam sit ille censendus.

Variæ opiniones in hac quæstione.

Quid si matrimonium non statim contraxit? num. 2.

Philippi Massinij opinio.

Filius alicuius quis presumitur ex similitudine, & ex alijs.

Auctoris opinio.

2 *Philippi Archinti Archiep. Med. factum laudatur.*

Natus vndecimo mense an dicatur filius legitimus.

CAP. LIII.

De filio nato ex secundis nuptijs intra nouem menses.

1 SI contingat † mulierem statim à morte mariti secundas nuptias contrahere, & intra nouẽ menses parere. de qua scripsi lib. 1. c. 124. nu. 3. latiss. Thes. lib. 1. Quæst. Foreñ. q. 28. 29. & seq. locus sit celebri qõni, quæ ob difficultatẽ adhuc videtur esse sub iudice, nimirum cuiusnam cẽsendus sit partus, primi ne, an secundi mariti, an vtriusq; an neutrius. Bald. in l. si matre nu. 2. C. de suis & legit. censuit secundi mariti esse ipsum partũ, in cuius domo natus est l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. sed refelli põt hæc opin. iuxta Bolognetũ. in l. Gallus. ff. de lib. & post. nu. 186. Existimant nõnulli partum esse primi mariti, vt refert Alciat. in dict. l. Gallus, nu. 31. Reijcitur hęc opinio.

Alij

Alij cenſent vtriuſque mariti cenſeri partum, & ideo vtrique ſuccedere. Ang. in l. duo ſocij. ff. de hæred. inſtit. nu. 3. ſed hæc opinio pariter improbatur.

Albericus in l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hominũ, exiſtimat propter incertitudinem hunc filium neutri ſuccedere, & hanc opinionem probat Cæuall. lib. 1. comm. cõtra cõmu. q. 248. n. 67. & q. 896. num. fin. lib. 3. Quæ opinio nunquam mihi placuit. Bologn. d. l. Gallus. nu. 189.

Sequuntur alij alias opiniones, quas videre quilibet poterit apud Bald. in l. Gallus. n. 10. vbi alij Doct. ff. de lib. & poſt. & apud eundẽ Cæuall. d. q. 896. Ioſeph. Ruſtic. in l. cũ auus. ff. de cond. & demonſtr. lib. 4. c. 8. Surd. conſ. 1. nu. 56. Addo doctiſſimum Philippũ Maſſinium accuratè omnes expendentem præcipuas opiniones in d. l. Gallus nu. 766. cũ ſeq. & eam probantem opinionẽ, in quã ego ſemper inclinaui, vt nimirum arbitrio iudicis ſit decidenda hæc quæſtio, quæ tamen raro poteſt contingere. Bolog. in d. l. Gallus. nu. 193.

Prudens igitur iudex habebit præ oculis coniecturas à Doctoribus in citatis locis expreſſas, & ſi omnes, vel maiorem earum partem conuenire reperiet, illius partum eſſe ſtatuet, cuius eſſe coniecturæ ſuadebunt, veluti ſi concurrant ſimilitudo, ex qua præſumitur quis alicuius filius. Hect Felic. alleg. 6, num. 16. Mart. Vot. 153. in deciſ. Piſan. Gratian. Diſcept. 567. nu. 31. ſigna conceptionis, matris teſtimonium, de cuius fide non ſit dubitandum, iudicium peritorũ. Quòd ſi inter ſe pugnabũt præſumptiones, validiores ſequi debet, & illis in hãc, vel in alteram trahi ſententiã. Quòd ſi priori loco fuit in concubinatu, poſtea initum eſt matrimonium, eius fauore pronunciabitur, partum eſſe ſecundi viri. Bald. in d. l. ſi matre.

2 Non poſſum hoc † loco omittere, quod in vita Philippi Archinti Archiepiſcopi Mediolan. refert Io. Petrus Gluſſianus lib. 2. cap. 2. Eo in loco narrat lepidum factum, & ſummum iudicium ipſius Archiepiſcopi commendat non valdè illi abſimile, de quo in cap. afferte. De præſumpt. Rem habebat Romæ quidam Germanus cum muliercula, quæ diſcedente illo ſtatim copiam ſui fecit Hiſpano, ita vt ne puncto quidem temporis thorum vacuum reliquerit. Enixa eſt filium ſtatim poſt nouem menſes. Reuerſo Germano lis magna inter eum, & Hiſpanum, vtroq; acerrime tamquam pro aris, & focis contendente ſuum eſſe partum. Res venit in iudicium apud Gubernatorem Romæ, quo munere tunc Philippus Archintus fungebatur. Adeo dubia res erat, vt coniecturis à Doctoribus enumeratis, nõ poſſet quidquam in unam, vel in alteram partẽ tribui. Dum contenditur in ædibus Archinti, iubet ille puero iam grandiuſculo afferri ientaculum, & ſimul apponi duos cyathos, unum aqua, alterum uino plenum Sua ſponte puerulus adcurrit ad Scyphum aqua plenum, eumque exhauſit. Quod ubi uidit Germanus, ſtatim contra ſe ipsũ pronuntiauit, exclamauitq; non eſſe illum filium ſuum, qui Thetidem, ut poeticè loquamur, Baccho prætulerit. Magni illius uiri etiã hac in re, quæ leuis uidetur, eluxit iudicij uis, ſolerſque & prudens eius conſilium Roma commendauit. Cæterum latè probat Marta d. uot. 153. natum octo diebus poſt decem menſes à morte mariti, illius filium cenſeri, non autem ſecundi, cum quo mulier matrimonium contraxerat centeſimo trigeſimo quinto die poſt ipſam mortem.

SVM-

SVMMAE.

1 *Postumorum institutioni satis est nunc prouisum.*
2 *Postumi instituendi ne rumpant testamentum.*
3 *Institutus in vno casu, an censeatur in altero institutus.*
L. fin. C. de post. hared. instit. cum l. commodissime ff. de lib. & post. conciliationes.
Postumi institutio facta in casu mortis, an censeatur facta in casu, quo nascatur in vita testatoris.
4 *Postumi institutio an trahatur ad omnem postumum.*
5 *Partus an dicatur illegitimus, qui post duos dies vltra decimum mensem à morte viri est natus.*
Momenta spectantur in terminis naturalibus.

CAP. LIIII.

De postumo instituto in vno casu, an censeatur in altero institutus.

1 Lege Velleia, Galli Aquilij† formula, & constitutione Iustiniani satis prouisum est institutioni postumorũ, siue illi sint alieni, siue sui, vt traditur in §. postumi, in §. postumorum. in Instit. De exhæred. liber. in l. Gallus, ff. de lib. & post. Ea solum à testatore adhibenda cautio,
2 vt eos omni casu † instituat, ne agnatione ipsorum rumpatur testamentum. Mynsing. in dic. §. postumo-
3 rum num. 14. Sæpè enim † quæri solet, an institutus in vno casu, puta mortis, censeatur etiam in casu vitæ institutus. Qua in re non solum interpretes nostros pugnantes inter se videmus, sed etiam mira existere videtur in iure inter veteres I. C. & Imperatores antinomia, in qua concilianda æstuarunt legum coryphei, vt videre est in l. fin. C. de post. hæred. inst. in l. commodissimè ff. de lib. & post. apud Alciat. lib. 3. De verb. signifi. Philipp. Massin. ind. l. Gallus ff. de lib. & post. num. 712. & 721. Nicol. Gen. in suis legum concil. pag. 221. Potest igitur postumus hæres institui, siue viuo testatore, siue eo mortuo natus sit. Quod si alteruter casus sit omissus, eo casu, qui omissus sit natus, rumpit testamentum. d. l. commodissimè. Pugnare videtur cum prædicta decisione text. in d. l. fin. ita, vt quam plurimi clarissimi viri, quos refert, & sequitur Genua loco citato crediderint d. l. commodissimè corrigi per l. fin. Verùm ego temerè non soleo huiusmodi responsiones admittere. Quamobrẽ amplector conciliationem Christ. Castel. quam etiam sequitur Massin. ind. l. Gallus num. 720. videlicet aliud esse responsum in d. l. fin. quia non simpliciter non nati erant instituti, si post mortem testatoris nascentur, sed sub ea conditione, si intra spatium decem mensiũ editi fuerint. Spatium igitur illud decem mẽsium potissimum spectauit testator. Vbi autem temporis spacium non adiecit, sed simpliciter non natum instituit sub conditione mortis, tunc solet distingui. Aut testator eo tempore, quo testamentum condebat putabat se incontinenti moriturum, & tunc casus mortis extenditur etiam ad casum vitæ, vbi nimirum postumus nascatur viuo testatore. Verisimiliter enim eum instituisset, etiã in casum vitæ, si cogitasset eundem se viuo nasciturum. Aut non aderat tempore testamẽti timor mortis statim secuturæ, & secus est. Ias. hanc esse communem opinionem, & distĩctionem testatur in d. l. commodissimè num. 8. Massin. in d. l. Gallus num. 723. Morot. resp. 32. num. 19.
4 vbi latè agit de institutione † postumi,

mi, an trahatur ad omnem postumū, maximè quando adiecta sunt illa verba. Quia vxor prægnās est, & exponit l. placet. ff. de liber. & postum. de qua Genua loco citato pag. 229. in fi. Mantic. De Coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 10. Cęterum in Casu formulę Galli Aquilij, & in vniuersum, par-
5 tus editus post † duos dies post mortem viri vltra decimum mensem, nō dicitur illegitimus, cum modicus sit excessus iuxta communem sententiā l. vbi lex ff. de regul. iur. quæ tamen non probat hanc opinionem, vt in d. l. Gallus aduertit idem Massin. nu. 742. 756. & 759. Polyd. Rip. De Act. in art. mort. cap. 3. num. 29. Olim collega meus inter Antecessores Gymnasij Ticinensis. Ratio est, quia modici interualli non est habēda ratio, licet dici possit hoc cessare in terminis naturalib. in quibus ét momenta spectantur. Rustic. in l. cū auus. ff de cond. & demonstr. libro 4. cap. 7. vbi latè hac de re, & tandem, num. 18. conatur distinctione opiniones conciliare.

SVMMAE.

1 *Exceptiones impediētes litis ingressum, & non reijcienda in illius finem.*
Periurij exceptio impeditiua litis ingressus. Quod verum vbi incontinenti probatur.
2 *Periurij exceptione reiecta, si iudex processerit ad vlteriora, est appellandum. Declara.*
3 *Iuramentum an conualidet contractum simulatum.*
4 *Renunciatio simulationis an valeat.*

CAP. LV.

De exceptione Periurij.

1 INter cœteras exceptiones † impedientes litis ingressum, & quæ non sunt reijcienda in illius finem, de quibus Menoch. cons. 746. nu. 35. & fin. Asin. latè in sua praxi. §. 18. c. 1. & seq. Camill. Borell. in sum. Decis. tit. 50. num. 56. cum pluribus seq. reperitur exceptio periurij, de qua latè Farinac. de falsit. & simulat. quæst. 160. num. 166. & seq. Camill. Borell. in d. sum. Decis. tit. 62. num. 44. ita, vt neque debeat quis audiri, licet iuramentum interpositum sit super re illicita, si contraueniat promissioni iuratæ, non petita absolutione, nisi aduersetur bonis moribus naturalibus, vel iuri publico, vel nisi simulatio, & lęsio sit detecta, iuxta ea quæ tradit distinguēdo Abb. vbi alij Doc. in cap. cum cōtingat. De iure iur. Camill. Borell. tit. 61. num. 45. & tit. 60. num. 304. cum seq. Leonardus Lessius de iustitia, & iure lib. 7. Disput. 17. dubit. 7. num. 51. & seq. & num. 55. Farinac. d. quæst. 160. num. 348. & 371.

Hoc tamen intelligo, vt dicitur de alijs exceptionibus impedientibus litis ingressum. Borell. dicta decis. 50. num. 66. modò incontinenti probetur periurium, secus est, si altiorem ea exceptio requireret indaginem. Seraph. de Priuileg. iur. priuileg. 174. nu. 16. Farinac. d. quæst. 160. nu. 190.
2 Quod si iudex exceptione periurij obiecta, nihilominus processerit ad vlteriora, erit tunc appellandum, ne opponens censeatur consentire iudici illam tacite reijcienti.

Hoc verum, si ex interuallo iudex processerit ad vlteriora, ita, vt potuerit de exceptione cognoscere, secus si statim Camill. Borell. in d. sua sum. tit. 62. nu. 45. cum seq. Simile supra lib. 1. cap. 80.
3 Cœterùm iuramentum non † validat contractum simulatum, requiritur tamen absolutio, iuxta ea, quæ tradit Farinac. quæst. 162. num. 47. & 72. Sed si interpositū sit iuramentum

tum ex interuallo, tunc validus red-
4 ditur contractus. licet enim † renunciatio simulationis incontinenti facta non valeat, tamen valet, si fiat ex interuallo. Cepoll. de simulat. num. 46. Farinac. d. quæst. 162. num. 73. Vide Illustrif. Card. Tusc. in verb. simulatio concl. 266. num. 23. & 24. Trentacinq. Variar. Resol. lib. 1. resol. 1. num. 5. Facit exemplum in hoc eodem lib. cap. 76. De exceptione nõ numeratæ pecuniæ.

SVMMAE.

1 *In fama probatione multa requiruntur*
2 *Fama statim post delictum orta indicium delicti.*
Bartoli opinio.
3 *Fama denunciante iudex officio suo fungitur in grauioribus sine accusatore.*
4 *Fama longè post delictum orta.*

CAP. LVI.

De robation e fama.

1 IN probatione † famę, in qua multa requiruntur. Clar. in §. fin. quæst. 6. Prax. crim. Mascard. De Probat. concl. 749. cum seq. Caball. resol. crim. 200. illud potissimum spectari
2 debet, an incontinenti † post delictũ patratum orta sit, an ex interuallo. Si enim incontinenti orta sit, probat, secus si ex interuallo. Gand. in rub. A quo, vel à quibus fama possit incipere num. 12. vers. 1. quia fama. Carer. in Prax. in sec. tract. De iudic. & tort. §. Secundum inditiũ nu. 12. Hier. De Mont. in tract. de finib. reg. cap. 56. num. 3.

Verùm Bart. in l. de minore. §. plurimùm num. 16. ff. de quæst. non probat hanc distinctionem, cum potuerit fama oriri tempore commissi delicti, ac etiam post, & ante accusationem, & post illam iuxta causam, ex qua populus, vel vicinia in suspicionem, & credulitatem adducitur, ex qua fama solet induci. Quod exemplis ibidem explicat latè Bart. Et fa-
3 ma † ipsa quasi denunciante, & clamore ipso deferente sine alio accusatore iudex in grauioribus officio suo fungitur. Petr. Ærod. lib. 1. rer. iud. cap. 21. Opinionem Bart. probauit Farinac. De Indicijs quæst. 47. num. 177. & seq.

Possunt tamen prædicta inter se
4 conciliari, etenim negari † non potest cum Bart. quin etiam ex interuallo fama oriri possit, si causa illius originis proferatur, veluti, vt exemplo eiusdem Bart. vtar. Si res iamdiu furtiua reperiatur in domo alicuius, inde enim oriri potest fama, sed dicimus originem famæ longè post delictum, & post accusationem esse suspiciosam, cum possit contingere, vt ipsa accusatio, inquisitio, captura, & similia famæ origini præbuerint occasionem. Caball. resol. crim. 200. nu. 133.

SVMMAE.

1 *Pœna nomine olim inutiliter legabatur, fidei committebatur, transferebatur, & adminebatur legatum.*
2 *Pœna nomine legari quando dicatur.*
3 *Pœna nomine nunc potest relinqui. Declara.*
4 *Filio spurio pater non potest relinquere. Pœnam pater non potest imponere priuationis inferenti molestiam filio spurio, cui non potest relinquere.*
5 *Pœna priuationis quæ dicatur.*
6 *Tempore dicitur minus solui.*
7 *Substitutio facta in pœnam eius, qui recusauit parere captatoriæ dispositioni est nulla.*
8 *Captatoria dispositio iure improbata.*
9 *Legati ademptio an fiat in vim modi, vel conditionis, an in vim pœnæ, sæpe solet quæri.*

Adem-

Ademptio in vim modi, vel conditionis, vel in vim pœnæ, & quando valida.

C A P. L V I I.

De his, quæ pęnæ nomine, vel ſub conditione relinquuntur.

1 POenę nomine † inutiliter olim legabatur, fideicommittebatur, transferebatur, & adimebatur legatum. Legari autem pœnæ nomine
2 † videtur, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, vt aliquid faciat, vel non faciat. §. fin. in Inſtit. De leg. Sed hoc nunc eſt correctum ita, vt
3 pœnę † nomine poſſit relinqui. d. §. fin. l. vnicę. C. De his, quæ pęnæ nomin. relinq. exceptis tamen ijs, quæ impoſſibilia ſunt, vel legibus interdicta, vel aliàs probroſa, nam in his pœna priuationis non habet locum, ne fiat fraus legi. Quamobrem cum
4 pater † non poſſit filium inſtituere ſpurium, neque poterit adponere pœnam priuationis inferenti moleſtiam filio ſpurio. Idem in ſimilibus ſpeciebus eſt reſpondendum, de quibus Menoch. De Pręſumpt. libro 4. Præſumpt. 98. num. 5. Gall. ad Conſuet. Alex. in verb. non poſſit, quæſt. 15. num. 1. Surd. deciſ. 7. in princip. Carol. Bardell. conſ. 73. num. 8. & conſ. 67. nu. fin. Peregr. de fideicõm. art. 35. num. 6. & conſ. 51. num. 20. & ſeq. lib. 2.
5 Pœna autem † priuationis erit ſiue auferatur legatũ, ſiue minuatur, ſiue ſub durioribus legibus, & conditionibus relinquatur. Immò verò erit pœna, ſi in longius tempus differatur ſolutio, &, quod exempli gratia ſtatim erit ſoluendum, mandetur ſolui temporis interuallo interiecto,
6 nam etiam tempore † minus ſolui dicitur. d. §. fin. de leg. §. plus autem in Inſt. De action. Surd. deciſ. 7. vbi
7 probat † ſubſtitutionem factam in pœnã eius, qui parere recuſauit diſpoſitioni captatorię eſſe nullam, cũ
8 captatoria † diſpoſitio iure ſit improbata, & num. 18. 21. 22. & 24. ait dici pœnalem, etiam ſi in longius tempus differatur, & ſub ſpe remotiore.
9 Cęterum ſolet ſępè quæri, an † in vim modi, vel conditionis, an in vim pęnæ adimatur relictum, qua de re late Surd. loco citato, & conſ. 268. nu. 64. Bardell. d. conſ. 67. num. 62. Menoch. conſ. 78. num. 8. & 10. vbi fit hæc diſtinctio. Aut præcedit ſimplex inſtitutio, deinde ſtatim ſequitur cõditionalis ademptio ſine oneris impoſitione, & tunc dicitur ademptio in vim conditionis. Aut teſtator purè diſpoſuit, hæredem inſtituendo, deinde ſubiungit onus, & poſt oneris impoſitionẽ ademptio ſubſequitur, & illa ademptio dicitur facta in vim pœnę. Primo caſu ademptio cõditionalis reddit relictum conditionale ſub contraria conditione. Altero caſu relictum eſt purum, ſed priuatio contingit tamquam iuris quæſiti, neque ademptio reddit relictũ conditionale. Verùm hæc diſtinctio nõ recipitur, vbi agitur de re prohibita. Surd. d. deciſ. 7. num. 24. nam nulla eſt tunc ademptio, etiam ſi fiat ſub conditione. Menoch. d. conſ. 78. num. 18. & 19. Peregr. de fideicõm. art. 11. num. 91.

S V M M AE.

1 *Caducitas an cenſeatur remiſſa per receptionem penſionis. Diſtingue, & num. ſeq.*
2 *Caducitas non cenſetur remiſſa à domino eam ignorante.*
Ignorantia præſumitur.
3 *Caducitas non cenſetur remiſſa per receptionẽ penſionis, niſi cũ effectu emphyteuta eã ſit conſecutus. Declara. nu. 6.*
4 *Inueſtitura nõ peteẽdę actus eſt ſucceſſiu°*
5 *Caducitas poteſt declarari per dominũ, licet*

licet receperit seruitium à vassallo, qui non petijt inuestituram.

6 *Exceptio habens causam successiuam potest quandocunque opponi.*

7 *Petere, & recipere paria sunt pro declaratione voluntatis.*

8 *In caducitatis remissione præsumenda plurimum refert an vno & eodem tempore declaretur caducitas & recipiatur pensio, an verò post eam declaratam pensio recipiatur.*

C A P. LVIII.

De remissione caducitatis ob receptionem pensionis.

IN ea quæstione. An dominus re-
1 ceptione pensionis † ab emphyteuta, censeatur eidem remisisse caducitatem ita distinguitur ex Claro in § emphyteusis. quæst. 10. Aut dominus dum recipit, consulit sibi protestatione. Aut simpliciter accipit pensionem. Priore casu, aut dominus recipit pensionem præteriti temporis, videlicet antequam incidisset emphyteuta in caducitatem, & non censetur eam remisisse. Stant enim hæc simul, videlicet dominum recipere pensionem præteritam & ius futurū sibi reseruare, Surd. decis. 317. num. 25. Aut recipit pensionem pro tempore futuro, idest postea quam locus factus fuit caducitati, & secus est, nam protestatio ei non prodest. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 26. in fin. Stephan. Gratian. lib. 3. Discept. Forens. cap. 515. num. 7. & 8. Mantic. lib. 2. variar. resol. cap. 137. Posteriore casu dicitur remisisse caducitatem, siue pensionem præteriti temporis, siue futuri, & quidem multo magis, si receperit. Surd. dec. 6. nu. 7. & decis. 317. vbi fatetur hanc esse communem sententiam, latiss. Borell. in summ. decis. tit. 33. num. 143. & seq. & Gratian. cap. 302. num. 10. Hond. cons. 55. lib. 1. & licet Surd. ibidem veriorem asserat eorum, qui tenent sibi non præiudicare dominum, neq; censeri remisisse caducitatem, recipiendo pensionem præteriti temporis, etiam si non inceperit ab expulsione, tamen contrariam ait magis communem. Vide Andr. Fachin. lib. 1. contr. iur. cap. 99. ibi; Sed longè. Polyd. Rip. lib. sing. obseru. cap. 75.

Quę tamen non procedunt in domino ignorante caducitatē, & igno-
2 rantia præsumitur in dubio. † Surd. decis. 181. num. 1. & 7. decis. 203. nu. 20. Bardell. cons. 8. num. 10. Sic etiam recipiens pensionem scienter tātùm remittere censetur caducitatem. Camill. Borell. in summ. Decis. tit. 34. num. 696.

Præterea non habent locum in simplici petitione pensionis, nam de de petitione cum effectu accipienda
3 sunt, quando videlicet † re ipsa petens consequutus fuit pēsionem, quæ statim, & sine dilatione debet solui. Alioquin si temporis interuallum interponatur, secus erit, neque censebitur remissa caducitas, actus enim ex quo causatur caducitas, habet tractum successiuum, & ideo si statim non soluatur, erit locus caducitati. Exempli gratia actus non petendæ
4 † inuestituræ, & non recognoscendi feudum, est successiuus, continetque contemptum domini. Ideo licet Dominus receperit seruitium, & operas, tamen quia adhuc durat contemptus, poterit declarari caducitas. Surd. decis. 221. num. 18. Carol. Bardell. cons. 8. num. 14. Ita etiam in proposita specie, si dominus post caducitatem aliquid fecerit, puta petendo pensionem, qua ex re videatur caducitatem remisisse, & emphyteuta non soluat, quia actus est successiuus non soluentis, poterit esse locus

cadu-

5 caducitati, quæ † remittitur, ita demum si celeriter satisfiat cum effectu. Stephan. Gratian. d. cap. 515. nu. 13. & 22. Exemplo etiam sit exceptio
6 † habens causam successiuam, & pluries iterabilem, nam potest opponi quandocumque post quemcumq; terminum, ex quo insurgit iudicij approbatio. Gratian. ibidem num. 20. At Mariscott. d. cap. 137. num. 9. putat petitione tantum censeri sibi præiudicasse dominum. Qua de re Gratian. Discept. 152. num. 12. & 13. Quod intelligi potest, quando non stetit per emphyteutam, quò minus solueretur, Andr. Fachin. d. cap. 99. in fine, veluti si deposuisset: nam pa-
7 ria sunt petere, & † recipere pro declaratione voluntatis. Stephan. Gratian. d. cap. 302. num. 16. & cum non steterit per emphyteutam, non potest dici constitutus in noua mora. Gratian. d. cap. 515. num. 11. & 13.
8 Plurimum etiam referre † in remissione caducitatis præsumenda, vel secus, an vno, & eodē tēpore fiat caducitatis declaratio, & receptio pensionum, an verò post declarationē recipiatur pensio, scripsit Cephal. cons. 222. num. 22. & 223. num. 47.

S V M M Æ.

1 *Beneficia resignantur aut purè, aut simpliciter, aut sub conditione.*
2 *Resignatio conditionalis beneficiorum.*
3 *Resignatione beneficiorum pura, abdicat à se resignans ius, possessionem, & titulum, secus in conditionali.*
Declara.
In resignatione beneficiorum, an sit licita pœnitentia.
4 *In resignatione beneficiorum incontinenti factum solet arguere simoniam.*
Simoniaca resignatio, & num. seq.
5 *Resignatarius lucratur fructus beneficij, etiam interueniente simonia; sed tenetur beneficium dimittere statim, ac resciuit commissam esse simoniam.*
Beneficium acceptans vigore gratiæ expectatiuæ, quod acceptare non debuerat, si statim ac sciuit, non spontè dimisit, gratia est consumpta.
6 *Beneficium resignatum, quando dicatur vacans.*
Resignatione beneficium an dicatur vacans.
7 *Resignationes beneficiorum, solent fieri ab ijs, qui morbo laborant.*
8 *Beneficium quando dicatur vacare per obitum, vel per resignationem.*
A resignatione beneficij dies xx. debent labi.
9 *Laicus non est capax beneficij.*
Declara.
Resignatio beneficij non fit laico.
Declara.

C A P. LVIIII.

De resignatione beneficiorum.

1 Resignari solent † beneficia aut purè, & simpliciter, aut sub conditione, conditionalis autem cē-
2 setur resignatio, quæ fit fauore † alicuius, etiam si nō adijciatur illa clausula; Nec aliter, &c. habetur enim pro expressa. Camill. Borell. in sum. Decis. tit. 26. num. 24. & seq. Rot. Rom. in nouiss. decis. 402. par 3. lib. 3. Seraphin. Oliu. Cardin. decis. 389. num. 9. Per puram abdicat resignans à se ipso ius, quod habet, possessionē, & titulum. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 159. num. 26. secus per conditionalem, nisi conferatur beneficium in ipsum resignatarium, nec dicitur propriè tunc vacare beneficium, nec habet locum concursus. Mariscott. lib. 1. variar. resol. cap. 52. num. 10. Licita est autē pœnitentia, etiam in simplici resignatio-

ne, nedum in conditionali. Sed incontinenti, ideſt re integra, vt declarat Coſt. de re integra quæſt. 74.

4 Solet autem † incontinenti factũ in reſignatione beneficij arguere ſimoniam, vt dixi ſup. lib. 1. c. 122. nu. 4. Quamobrem in Deciſ. Rom. 243. par. 3. lib. 2. vindicatur reſignatio à labe ſimoniaca, licet reſignatarius dederit mandatum ad retrocedendũ reſeruato regreſſu; nam reſignatio longi temporis interuallo ante præceſſerat, ità, vt correſpectiuitas non poſſet, vt ſic loquar, conſiderari Repetitur idem in deciſ. 89. par. 3. lib. 3.

5 Si autem interuenerit † Simonia, ignorãte reſignatario, lucratur fructus perceptos. Sed tenetur illud dimittere ſtatim, ac ſcit interueniſſe ſimoniam. Camill. Borell. d. tit. 26. num. 60. Sic etiam beneficium acceptans vigore gratiæ expectatiuæ, qđ acceptare non debuerat, ſi ſtatim ac ſciuit, non ſponte dimiſit, gratia eſt conſumpta. Borell. in d. ſum. tit. 20. num. 41. Et ſi Sum. Pontif. ſtatim

6 ac intellexit † factam reſignationẽ, & in dubium vocari, an ſit valida, nec ne, conferat beneficium, illud efficit vacans, admittitq; reſignationem, qua admiſſa beneficium vacat, & noua prouiſio dat titulum. Rot. Rom. deciſ. 242. part. 3. lib. 2. in no-

7 uiſſ. Et, quia ſolent † reſignationes beneficiorum fieri ſępenumero ab ijs, qui aduerſa laborant valetudine, ideo ſancitum eſt regulis Cancellariæ, vt ſi ſtatim deceſſerit reſignans

8 dicatur † vacare beneficium per obitum, & non per reſignationem, & ideo requiritur, vt dies viginti elapſi fueriut à die reſignationis. Cuius rei rationes affert Polydor. Rip. De Act. in art. mortis, cap. 32. Camill. Borell. d. tit. 26. num. 3. Cœterum cum

9 laicus † non ſit capax beneficij, non poterit illi fieri reſignatio, quemadmodum nec poteſt ad illud præſentari, niſi ſtatim efficiendus ſit clericus, & ſacro vertice inſigniendus. Stephan. Gratian. lib. 3. Diſcept. Forenſ. cap. 430. num. 6.

SVMMAE.

1 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti purgat moram intrà ſex menſes.*

2 *Fideiuſſores nunc ex formula promittunt ſiſtere reos ad omnem requiſitionem, & toties, quoties.*

3 *Fideiuſſoriæ promiſſioni ſolet nunc addi ea formula, vt non poſſit purgari mora.*

4 *Senatus ordines circa fideiuſſores, & formulam concipiendarum fideiuſſionum de ſiſtendis reis.*

Fideiuſſionum formulæ, quæ nunc ſunt in vſu.

5 *Fideiuſſor iudicio ſiſti non poteſt nunc ſe excuſare ob decretum Senatus, eo prætextu, quod reus principalis non poſſet vocari pro ea cauſa, pro qua extitit fideiuſſor. Declara.*

6 *Fideiuſſores an poſſint moram purgare.*

Mora fideiuſſoris intrà breue tẽpus purgatur.

Quid dicendum vbi adiecta eſt illa clauſula videlicet, vt mora non poſſit purgari?

Senatus ordines circa purgationem moræ fideiuſſorum.

7 *Condemnationes intrà menſem à die peremptorij tranſmiſſi faciendæ.*

8 *Fideiuſſor non purgat moram ſiſtendo reum die ſequenti condemnationem, ſecus ſi eadem die.*

9 *Fideiuſſor condemnatus veſpere certi diei, ſi die ſequenti in aurora reum conſignet, non purgat moram.*

10 *Nocte media aliquem præſentans, an dicatur cum conſignaſſe eodem die.*

CAP.

CAP. LX.

De fideiuſſore moram purgante.

1 SI Titius † fideiuſſerit reum Sempronium iudicio ſiſti intra certũ tempus, pœna non ſtatim exigitur, ac tempus lapſum eſt, ſed dantur fideiuſſori ſex menſes, intra quos ſiſtendo, moram euitat in priore lapſu commiſſam, vt traditur in l.ſancimus.C.de fideiuſſ. De qua Menoc. de Arbitr. caſ.40. & latiſſ. de fideiuſſore non præſentante reum intra tẽpus an poſſit morã purgare. Valenz. conſ.16. Pyrrhus Maurus Aretinus. De fideiuſſ. 2. par. princ. ſect.9.§.1. Verum inualuit nunc hæc praxis, vt
2 fideiuſſores † ea formula promittant reos ſiſtere, nimirum, ad oẽm requiſitionẽ,& toties, quoties &c. Clar.§.fi. Prax. crim. quæſt.46.in fine. Immò
3 etiam promiſſioni fideiuſſoriæ † iuratæ de ſiſtendo certa die ſolet nunc addi ea clauſula, vt præciſè teneatur fideiubens reum ſiſtere, etiam non interpellatus, & abſque purgatione moræ.

Nuperrimè editi ſunt nonnulli
4 ordines † Senatus, quibus ſedantur quamplurimæ difficiles quæſtiones, quæ quotidie occurrebant in cauſis fideiuſſorum, nexuſq; fideiuſſoriæ obligationis valde conſtringitur itã, vt nullis tergiuerſationibus poſſint fideiuſſores, vel eorum hæredes euitare ſolutionem pœnæ promiſſę, vbi non ſtiterint reos. Anno 1611. die 9. Iunij cenſuit Senatus adijciendam eſſe fideiuſſionibus hanc clauſulam, vt, vbi contingat condemnari reos principales, non citatis, nec auditis ipſiſmet fideiuſſoribus, teneantur nihilominus ſoluere eam ſummã pro qua fideiuſſerint. Anno 1613. die 23. Ianuarij factum eſt Senatusconſultum, quo fuit cautum, vt fideiuſſor non ſolum teneatur ſe ipſum obligare, ſed etiam hæredes, ne locus ſit diſputationi, de qua Baiard. ad Clar. d. quęſt.46.nu.91. Farinac. q.54.nu.12. cum ſeq. In ſumma penes tabelliones, qui ſunt ab actis rerum criminalium, formula cõcipiendarum fideiuſſionum exiſtit, cum clauſulis ampliſſimis, quibus ita obligati remanẽt fideiuſſores, vt nulla ſe tueri poſ-
5 ſint exceptione. Quamobrẽ † die 21. Nouembr. 1619. cenſuit Senatus me referẽte in cauſa cuiuſdam Lambertenghi Nouocomenſis, qui pro filio fideiuſſor extiterat, nullam eſſe habẽdam rationem exceptionis etiam ſtatim probandæ, ꝙ videlicet non poſſet vocari principalis pro ea cauſa, pro qua fideiuſſerat. Vide Farin. q.54.nu.180. Quod ſi iam eſſet detectum per ſñiam abſolutoriam, non poſſe cogi principalem vt ſiſtat, tunc aliud eſſet dicendum, vt cenſuit Senatus die 4. Decembr. 1619. qui ẽt in eo vim conſtituit, quod cõdemnatio fideiuſſoris facta fuiſſet per ſucceſſorem iam trãſmiſſo peremptorio per præceſſorem, & ita videretur illius nullam habendam rationem.

Verùm hæc obiter, illud ſępè quęri ſolet, quod ad hanc pertinet tractationem, An fideiuſſores qui reum
6 non † conſignarunt, poſſint moram purgare. In vniuerſum dici põt celeri exhibitione rei purgari moram, neque.n. dicitur mora, quæ eſt modici tẽporis, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 73. nu.8. Doct. in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis caut. Arbitrio igitur iudicis intrà breue tempus poteſt purgari mora, iuxta Menoch. d. caſ. 40. etiam ſi adiecta ſit dies, pęna, & iuramentũ. Baiard. ad Clar. d. quæſt.46. nu. 55. & ſeq. vbi ait idem eſſe etiam ſi pœna fuiſſet exacta. Quod tamen non probo, niſi æquitatem canonicam ſpectemus. Solet tamen admitti purgatio moræ incõtinenti, ẽt ſi adiecta

ſit

sit illa clausula, ita, vt mora non possit purgari, sed illud sit ex magna causa, ita suadente æquitate, & ob modicam moram. Extat ordo Senatus diei x. Ianuarij anni 1619. apud Egr. Secretariũ Saccum. Cum enim animaduertisset Senatus, solere iudices in aliquibus Curijs in causis cri-
7 minalibus ad condemnationes † tũ pecuniarias, tum corporales, tum etiã capitales deuenire contra reos, vel eorum fideiussores, etiam post mensem à die denunciati peremptorij ob formulam illam solemnem, quæ adijci solet peremptorijs, videlicet, *Et successiuè singulis diebus & horis*, in alijs verò curijs & præsertim Mediolani, huiusmodi condemnationes, non nisi intrà mensem à peremptorio denuntiato pronunciari, cum, inquam hæc animaduertisset, censuit die prædicta, eiusmodi condemnationes hactenus prolatas secundum stylum, & consuetudinem cuiusque Curiæ validas quidem esse, ac sustineri debere: sed in posterum eas in toto hoc dominio intrà mensem à peremptorio transmisso promulgari debere. Si qua secus promulgabitur, irrita, ac nulla esto. Eueniebat autem, vt post condemnationem, fideiussores sisterent reũ, & ità moram purgarent, ideoq; expectare solerent condẽnationes, quæ intrà mensem fieri possunt. Hanc ob causam coram Senatu cõquesti sunt fiscales. Ille autem ordo decreuit eũ
8 † fideiussorem, qui die sequenti condemnationem, comparuit, & reum consignauit, non diluere cõtractam moram. Quid si eadẽ die comparuerit? Et purgari receptum est. Ita decreuit Senatus die 31. Augusti 1619. referente D. Vicario Latuada. Quod habet locum, etiam si sententia condemnatoria non sit lata die ipso peremptorij, sed post, nam satis est consignationem fieri ipsa die condemnationis, vt dicatur purgata mora. Cum esset quidam fideiussor cõdem-
9 natus † vespere pura Kal. Maij, & die sequenti in aurora consignasset reum, censuit Senatus non dici eodẽ die consignasse, & ideo exigendam condemnationem, ob prædictum or-
10 dinem. Quid si media nocte † facta esset consignatio, an eadem die facta diceretur? Vide Bart. cum add. in l. more. ff. de ferijs. Polydor. Rip. De Noct. Temp. cap. 127.

SVMMAE.

1 *Iurare debet qui est de negotio instructus.*
2 *In hæredem an transeat facultas iurandi.*
3 *Statuta Mediolani circa iuramentum.*
4 *Iurare paratus si statim moriatur, an hæredes iurare possint.*
5 *Iusiurandum si alicui fuerit delatum, & ille recuset iurare, & moriatur, non habetur pro confesso, & conuicto.*

CAP. LXI.

De iureiurandi facultate, an transeat in hæredem.

1 Ille debet iurare, qui † de negotio est instructus, & informatus, vt passim traditur in l. admonẽdi. ff. de iureiur. Quamobrem in hære-
2 dem † non transit facultas iurandi, cum defuncti facta ignorare credatur. l. generaliter. C. eodẽ. Mynsing. lib. sing. obseru. cap. 15. cent. 1. Vide Caroc. distinguẽtem in tract. de iur. decis. quæst. 5. 9. quęst. princip. num. 80. Iac. Thoming. decis. 46.

Si tamen hæres esset informatus, nihil prohiberet, quo minus iuraret, siue informatio sit vera, siue præsum ptiua, ex eo nimirum collecta, quod con-

coniunctus præſumatur ſcire facta coniuncti. Caroc. d. loco num. 81. & dixi ſupra lib. 1. cap. 112. Menoch. De Arbitr. caſ. 208. num. 11. vbi in-
3 fert ad ſtat. Med. † quod intelligi debet, modò iurans ſit eodem pacto inſtructus quo defunctus Aldouin. cóſ. 42. num. 23.

Immò verò ſi ille, cui delatum eſt
4 iuſiurandum † paratus fuerit ſtatim iurare, ſed ante præſtitum iuramentum, moriatur, conceditur hæredibus, vt iurent, vel perinde erit, at ſi iuraſſet defunctus. Secus ſi longum intercesserit temporis interuallum. Mynſing. d. cap. 13. nu. 3, latè Gaſpar Theſaur. lib. 4. Forenſ. quæſt. cap. 5. Iacob. Thoming. d. deciſ. 46. in fine, refert conſtitutionem Principis Saxoniæ, in hanc ſententiam conceptam.

5 Contra ſi ille, cui † defertur iuſiurandum contumax ſit in iurando, nó habetur pro confeſſo, & conuicto, & ita non tenentur hæredes, niſi ſecuta ſit declaratio viuente ipſo, cui iuramentum fuerat delatum. Bart. & alij in l. manifeſtæ ff. de iureiur. quod late declarat Manent. conſ. 81. num. 1. 7. & 8.

SVMMAE.

1 *Emphyteuta cadit ab emphyteuſi ob inciſionem arborum frugiferarum.*
Emphyteuta an poſſit mutare faciem rei eam reddendo meliorem.

2 *In Emphyteuſim conceſſa res non debet reddi deterior. Declara.*
Emphyteuta dicitur malè verſari in re emphyteutica arbitrio iudicis.

3 *Emphyteuta non priuatur ob modicam deteriorationem, priuatur tamen ob canonem non ſolutum, etiam ſi in re modica deficiat.*

4 *Caducitati Emphyteuta ob inciſionem arborum vt ſit locus multa requiruntur.*
Arbores frugiferas non debet incidere Emphyteuta, alioquin cadit. Declara.

5 *Emphyteutæ culpa an præſumantur arbores defeciſſe. Mutatio ſtatim nō præſumitur.*

CAP. LXII.

De Emphyteuta incidente arbores, & deteriorem emphyteuſim reddente.

1 INter cœteras cauſas, ob quas Emphyteuta cadit † ab emphyteuſi, recenſetur inciſio arborum frugiferarum. Tiraq. de Retract. conuent. §. 3. gloſſ. 1. num. 24. ita vt à nonnullis creditum ſit, non poſſe Emphyteutam arbores extirpare, & mutare faciem rei, licet melior reddatur, & maximè quando meliorationes non ſunt duraturæ. Menoch. conſ. 372. num. 31. alijs diſſentientibus, vt videre eſt apud Tiraq. de Retr. conuent. §. 3. gloſs. 1. num. 28. Menoch. conſ. 13. num. 17. Bologn. conſ. 67. num. 5. Borell. in ſumm. Deciſ. tit. 33. num. 198. non debet igitur res reddi deterior, quæ in Emphyteuſim
2 † conceditur. Surd. deciſ. 300. num. 7. Quod intelligitur, vbi modicè non redditur deterior arbitrio iudicis. Menoch. de Arbitr. caſ. 78. vbi nu. 8. reprehendit. Iaſ. in conſ. 17. num. 2. exiſtimantem ob duas arbores inciſas non poſſe dici Emphyteutam in re emphyteutica eſſe malè verſatum, nam cùm res remittatur arbitrio iudicis, poterit is moueri ex qualitatibus arborum ad iudicandum deteriorationem non modicam emphyteuſi
3 eſſe illatam. Non tamen ob † modicum detrimentum priuandus Emphyteuta, quemadmodum priuatur ob canonem non ſolutum, etiam ſi in re modica deficiat. Stephan. Gratian. Diſcept. 152. num. 11. Magon. deciſ. Florent. 145. in princ. vbi recenſet

4 censet necessaria † requisita, vt sit locus caducitati ob incisionem arborũ, & præsertim requiritur dolus, vel culpa lata, vel leuis Ios. Lud. decis. Perus. 22. num. 21. Surd. decis. 198. num. 15. Milan. decis. 17. lib. 2. nu. 29. & sequ. Camill. Borell. in sua sum. Decis. tit. 33. num. 204. Immò videtur sufficere leuissima, cùm in cõmittendo consistat. Magon. loco citato, Maluas. consilio 38. num. fin. Item requiritur, vt damnum sit perpetuum, non huiusmodi, quod statim possit farciri, veluti si consistat in agrorum mala cultura, nam tunc intra breue tempus potest emphyteuta mederi huiusmodi damno. Borell. d. tit. 33. num. 194. vt etiam dicitur de conductore. Ios. Lud. decis. Perus. 22. num. 21. & seq.

Præterea circa incisionem arborum adhiberi solet huiusmodi distinctio, an sint arbores, quæ ex longo tẽporis interuallo renascantur, an verò eius generis, quod breui tempore solet renasci, & repullulare, nã priore casu non possunt incidi arbores, secus posteriore. Quam tamen distinctionem improbauit Curt. Sen. cons. 70. num. 8. neque enim quærendũ, an citò, an tardè renascantur. Sed solùm an sint in fructu, nec ne. Exẽpli gratia Syluæ cæduæ iuxta l. Sylua. ff. de verb. sign. & nemora dicuntur esse in fructu, & ideo cœdi possunt, licet tarde contingat renasci in ijs arbores. Vide Synt. Com. opin. De iure emphyt. tit. 44. num. 377. tom. 1.

5 Præsumeretur autem † arbores defecisse culpa Emphyteutæ, præsertim in magna incisione, & vbi intrà breue tempus defecissent, nam mutatio statim non præsumitur. Bursat. cons. 53. num. 13. & 18. Catoc. de locat. & conduct. part. 4. tit. de culpa. n. 2. in q. An culpa præsumatur.

SVMMAE.

1 *Aestimatio rerum mobilium, & immobilium variè probatur.*
2 *Aestimatio temporis contractus spectanda.*
Ex æstimatione præsenti non infertur, ad præteritam. Declara.
Pretia rerum loco, & tempore variantur.
In Rescriptis narrata debent esse vera tempore impetrationis.
3 *Ex præsenti an retro præsumatur.*
4 *Aestimationis, quæ modico tempore durauit, non est habenda ratio. Declara.*
Moneta mutatio momentanea non spectanda.

CAP. LXIII.

De æstimatione probanda.

1 AGitur sępenumero † apud nos de varijs probationibus æstimationis, communis videlicet pretij siue valoris rei, de quibus probandi modis in rebus mobilibus, immobilibus, iuribus & actionibus latè tractat Mascard. De probat. à concl. 651. vsque ad conclus. 664. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 228. num. 27. Cagnol. & alij in l. 2. C. de rescind. vend. in l. vinum. ff. si cert. pet. in l. pretia rerum. ff. ad legem falcidiam. Spectatur au-
2 tem valor † tempore contractus. Rebuff. in præf. De Rescript. num. 56. vbi etiam ait in rescriptis narrata vera esse debere tempore impetrationis. & ex præsentis temporis æstimatione non infertur ad præteritã, cùm loco, & tempore rerum pretia varientur. d. l. pretia rerum, & ideo non sequ tur, res tanti nunc valet ergo tantidem retrò acto tempore, valebat. Quod intelligo, nisi ageretur de modico tẽporis interuallo. Surd. cons.

consf.151.num.71.Stephan.Gratian. lib. 3. Discept.c. 415. num.8. & ideo plura instrumenta paulo ante confecta probant æstimationem iuxta declarationem Mascard. concl.658. sic etiam dixi supra lib.1.cap.65.nu.
3 11. ex præsenti † retrò præsumi, vbi vnum tempus alterum statim fuit subsecutum.
4 Neq; verò illius ęstimationis † siue pretij habēda est ratio, quod modico durauit tempore. Mascard.conclus.659.nu.2. Ideo dixi. cap.12.nu. 4.lib.1. mutationis momentaneę ipsius pecuniæ non esse habendam aliquam rationem, nisi tamen ageretur contra morosum. Afflict. decis. 194. in fin. semper enim contra eum, qui est in mora, ęstimationis etiam illius est habenda ratio, quæ modico durauit tempore, vt in æstimatione quāti plurimi tempore alicuius magnę caritatis annonę. Doct. in d. l. vinum. Mascard. d. concl.659.nu.5. tempus enim illud est spectandum in æstimatione quanti plurimi, quod est futurum vtilius creditori aduersus debitorem morosum. Bolog. in d.l.vinū. num.10. Et hanc opinionem sequimur in Praxi, licet Duar. ad tit. Digest. si cert. pet. cap.8.vers.septimo, eam non probet, sed distinguendum censeat inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris.

SVMMAE.

1 *Præiudicium quid.*
2 *Præiudicium in tribus versatur.*
3 *Prouisiones appellantur præiudicia.*
4 *Prouisionibus in quibus sit locus.*
5 *Prouisioni est locus, vbi causa nequit statim terminari.*
6 *Castrum debet quis defendere bello imminente, licet dicat se priuilegio tutum, ne teneatur defendere, nisi illud statim probet.*
7 *Pensionem quādo quis cogatur soluere, licet lis existat super pensione.*
8 *In executione est locus prouisionali, vbi non potest statim fieri executio.*

CAP. LXIIII.

De sententia, vt appellant, prouisionali.

1 PRęiudicium † est res, quæ cū statuta fuerit semel, affert iudicaturis exemplum, quod sequantur, vt ait Ascon. in Diuin. in Verr. est enim præiudicium propriè ante iudicium, quo sequens aliqua cōtrouersia iam tum quodammodo iudicata, & terminata sit. l. pen. ff. de re iud. l. 5. §. meminisse. ff. de lib. agnosc. l. pen. ff. de his, qui sunt sui, vel al. iur. Cic. in Diuin. in Verr. *Primum causam amici tui subleuabis, de quo non præiudicium, sed planè iudiciū iam factum putatur.* Et actione secunda in eundem. *De quo homine præiudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipso non modo præiudicarit, verū grauissimè, & vehementissimè iudicarit.* Præiudicium qnq; est signum, & indicium futuri iudicij, interdum est iudicium, quod in vno factum alteri, qui reus eodem crimine futurus est, vehementer nocet, vt docuit Paul. Manut. in Cōm. in Diuin. in Verr. Exemplum appellari solet apud Rhetores, & Iuriscōsultos. l. nemo. C. de sent. & interloc. omnium iud. l. Imperatores. ff. de priuil. cred. Menoch. De præsumpt. lib.
2 1. quæst.1. nu.17.18. In tribus † versatur præiudicium, vel circa parem, similemq; causam, vel circa eandem, vel de eadem causa, vt inquit Quin-
3 til. Prouisiones quæ vulgo † appellantur, & fieri solent quotidie in iudicijs possunt etiam pręiudicia appellari, quasi ante iudicia fiant. Rebuff. De Sent. Prouis. in pręf. num.10. &
4 seq. In multis casibus locus † est prouisionibus, nimirum vbi agitur de cultu diuino, ne interim imminuatur, in funeralibus, in executione testamentorum, vbi pendet lis cū filio, cum monacho, & cū similibus, & in

litigantibus pauperibus, & in alijs propemodum infinitis. De quibus Rebuff. in præf. de Sentent. prouis. Molin. de Hisp. Primog. lib. 2. cap 16. Cost. de Remed. subsid. remed. 100. Surd. de alimenr. tit. 1. quæst. 119. & seq. Et, vt paucis multa diffiniam,
5 tunc esse solet locus † prouisioni, qñ incontinenti causa præcipua, & principalis nequit terminari, sed requirit longum tempus, & longam indaginē. si enim illico aliquid fit expediendum quod celeritatem desideret, illud non diffinitiuè deciditur, sed prouisio interim fit, dilata discussione plena, & diffinitiua sententia in aliud tempus. Rebuff. loco citato. num. 39. & 127. Iudex igitur arbitrabitur prouisioni locum esse, vbi res dilationem non patitur. l. fin. ff. de appell. recip. veluti si erat res peritura. l. de pupillo §. si quis riuos, ff. de noui oper. nunciat. vel periculum esset, ne quis fame periret. neq; enim venter dilationem patitur. l. fi. C. de alim. pup. præst. l. si longius. §. fin. ff. de iud. vt sępè solet Senatus decernere & præsertim censuit hoc anno 1621. referente amplissimo Senatore Leyzaldo. Idem si periculum sit, ne Ciuitas remaneat sine administratore, & scholastici sine Doctore, vel si agatur de interrogandis testibus, qui statim sunt morituri. Rebuff. ibidem num. 128. & seq. Quod si in promptu offerantur, & incontinenti probationes in causa principali, illæ erunt recipiendæ, & causa principalis, vt dixi decidenda, non autem ad subsidiariam recurrēdum prouisionem. Exempli gratia, si agatur de
6 tuenda † Castro, bello imminente, debet cogi quis ad defendendum, licet priuilegio aliquo dicat se tutum, nisi tamen statim illud ostendat. Rebuff. ibidem num. 97. Sic compelli-
7 tur quis ad solutionem † pensionis, licet adsit lis, quæ tamen statim non possit decidi. Rebuff. ibidem num.
8 125. Immò in executione erit † locus prouisionali, vbi non statim fieri potest executio. Doct. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. Rebuff. d. tract. art. 1. gloss. 2. num. 15.

SVMMAE.

1 *Forma ad vnguem seruanda.*
Forma non seruata exceptio litis ingressum impedit.
2 *Pro forma quando dicatur aliquid præscriptum.*
Const. Med. in tit. De bonis ad cridas ponendis forma seruanda.
Forma quando impleri possit per æquipollens.
Præposteratio an vitiet in his quæ sunt de forma.
Pro forma si quid debeat præcedere, vitiat præposteratio, & num. seq.
3 *Baptismi forma. Debet statim fieri ob periculum.*
4 *In stipulatione debet præcedere interrogatio. Rationes quæ.*

De Forma.

CAP. LXV.

IDētidem illud audimus in scholis, & in foro vsurpatum, incul-
1 catum, † formam adunguem & specificè, non per æquipollēs esse seruādam, implendam, eandem esse indiuiduam, ita vt ea non seruata, etiam in minima re actus corruat, exceptioque formæ non seruatæ litis ingressum impediat. l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transac. l. certa forma. C. de iure fisci lib. 10. latiss. Aldouin. cons. 1. num. 28. & 36. cons. 40. num. 27. & 19. cons. 20. num. 108. & seq. consil. 37. num. 17. & 51. cons. 77. num. 14. cons. 110. num. 8. vbi ostendit an, &
2 quando aliquid sit pro forma † præscrip-

scriptum. Gall.conf.31. nu.44. Bertazzol.conf.66.num.24. conf.12.nu. 38.conf.67.nu.63.& 68.Galuan.cōs. 37.nu.8.Stephan. Gratian. Discept. 47.num.4.& 596.num.5.& 6.Mariscott.lib.1.variar.resol.cap.52.num. 36.& 38. & cap. 68. lib.1. Sanch. de matrim. lib. 2. Disput. 11. num.19. & disput. 31. num. 2. & libro 3. Disput. 5. & 17. Roland. Vall. consil. 72.volum.3. num. 66. vbi ait ex sententia Plot. teneri ponentem ad cridas, iuxta Nou. Const. Med. tit. De bonis ad cridas ponendis iurare iuxta eam formam, & exprimere se verè & realiter possidere, alioquin si omnia verba non exprimantur,nullas esse cridas. Solet tamen impleri per æquipollens,vbi spectatur magis effectus, quam modus, & idem sequitur finis. Carol. Bardell.consil. 39. num. 27. Paul. Æmil. Gall. De except. ab intest. & ex testam. tit.2. except.3.par.1.num.28.

Sed præposteratio in his, quæ pro forma requiruntur vitiat, quemadmodum si ex interuallo adhibeatur forma, etenim in ipso actu debet interuenire, vt supra dixi lib.1.c. 104. num.10.Et ideo Mariscott.lib.2.variar. resol.cap.106. num.13. ait subscriptionem requisitam à statuto vtriusq; notarij in ipso actu simul requiri,cum pro forma requiratur, & quæ actum subsequi, & præcedere possunt, dicuntur potius de solemnitate,quam de forma. Sanch. de matrimon. d. disp. 5. num.3. Sed si incontinenti interueniat quod pro forma requiritur, erit illi satisfactum,vt ex Aretin.Castr. Alciat.Purpurat. in l.petens.C.de pactis,Brun. & alijs probat Galuan. conf.23. nu.
3 7. Quamobrem † idem traditum est in forma baptismi, cum etiam statim debeat fieri baptismus ob periculum quod imminet. Anton. Nald. in suis Pract. quæst. in verb. Baptismus, num.3. Eodem pacto præposteratio non vitiat, vbi incontinenti secutum fuit quod præcedere oportuerat, nam actus prępostero ordine gestus, ad ordinem iuris reducitur ex eo quod incontinenti gestum est & connexè.dixi supra lib.1. cap.188. num.4.Galuan.d.conf.23.vbi respōder, licet forma breuis, & rescripti Pontificij ad vnguem debeat seruari. Bardell. conf.50. num. 31. tamen si mādauerit Summus Pontifex per executorem pensionem extingui, & postea alteri resignari, dicetur satisfactum menti, & formæ Pontificiæ licet executor prius resignauerit, deinde extinxerit pensionem, modò immediatè & statim subsequatur extinctio. Quæ tamen ego intelligo, vt non procedant,vbi pro forma debet aliquid præcedere, nam tunc etiam si incontinenti id sequatur, ac-
4 tus non valebit. Exemplum † in stipulatione vbi interrogatio debet p̄cedere, l.1.ff.de verb. oblig. Doct. in §. si scriptum in instit. De inut. stipulat. l.1. C. de vsuris. Cuius formæ rationes varias tradit. Hieron. Pappon. ad rubr. De verbor. obligat. num.570. cum seq.

SVMMÆ.

1 *Fur an possit puniri etiam in eo territorio, in quod rem furtiuam transtulit.*

Distingue, & num. seq.

Mediol. ditionis mos in eijciendis furibus, qui in alienis territorijs furta commiserunt.

Senatus Mediolani sententia.

2 *In iudicando oportet odij causas procul habere.*

Misericordia quando non vtendum.

3 *Furibus an fiat gratia.*

CAP. LXVI.

De Fure Asportante rem furtiuam in aliud territorium.

1 SI quis vno in territorio † furtum committat, postea cum re furtiua se in aliud transferat, quæsitum fuit, an possit etiam in eo loco puniri, quo rem illam trāstulit. Et uisum est Bart. puniri posse, cum ibi etiam rem domino inuito contrectauerit, nimirum in l.si dominium.num.2.ff. de furtis, quam opinionē sequuntur quamplurimi Doct. & præsertim Illustriss. Card. Tuscus Pract. concl. in uerb. Furtum. concl.559. num.7. & 8. ubi asserit hāc esse communem.

Contrariā sequuntur congesti per Farinac. De furt. quæst.173.nu.55.

Aut quęrimus, an iudex territorij, in quo repertus fuit fur cum re furtiua, possit cogere furem ad restituendam rem domino, & puto rem carere difficultate. Immò putant nonnulli etiam ad restituendū pretium posse cōpelli furem. Caball. resol.crim. 163.num.6.& seq.

Inualuit autē in ditione Mediol., reiecta opinione Bart. ille mos, vt eijciātur huiusmodi fures teste Claro ī sua praxi q.38.uers.Tu Scis.uers.Certè, & hoc ann.1621.Senatus sic statuit referente amplifs. Senatore Meltio.

Aut quærimus, an huiusmodi fures sint puniēdi etiam in eo territorio, in quo fuerunt reperti cū re furtiua, & dubia reuera est quæstio, in qua nunc uidetur magis communis sententia Bart. Caball. d. resol. 163. Baiard.ad Clar.d.quæst.38. num.45. & 47. quam tamen Senatus Mediol. non amplectitur.

Temperatur aūt snia Bart.ut non procedat, ubi fur modico tpe fuit in territorio, quo rem furtiuam asportauit.Fęnut.de moment. temp.c.31. num.19. requiritur enim ut ibi saltem unius diei interuallo sit commoratus.Farinàc.d.quæst.173.num.57. Quam tamen restrictionem ego minimè probo, nam sufficit eum contrectasse rē in alio territorio, statim enim furtum ibi dicitur commisisse. Caball.d.resol.163. Baiard. ad Clar. d.quęst.38.num.46. ubi ait illis, qui sententia sua fauent furibus, nihil vnquam furto subtractū fuisse, alioquin contrarium responsuros. Ego licet sępè maxima detrimenta acceperim ab improbis furibus, tamē in
2 proferendis sententijs, odij † causas procul habere in mitioremq; pattē, quò ad fieri potest, inclinare consueui. Quod omnibus faciendum puto, nisi tamē ij contingant casus, in quibus misericordia in crudelitatē migraret, tūc.n.res ipsa, exsuta miti na-
3 tura, seueram imponit † personam. Quamobrem placuit mihi Senatus snia, qui die 30. Martij 1621.referente Amplifs. Senatore Cattaneo censuit casum furti non dici gratiabilē, vt cōprehendatur in Edicto Principis promittentis liberationē banniti in casu gratiabili, licet ex se, casus furum non sint excepti, sed gratiabiles, cū ille inualuerit mos, vt furibus non fiat gratia, in eorum odium.

Pręterea temperanda opinio Bartoli, vt sibi vendicet locum, quando fur initio eius fuit animi, & propositi, vt furtiuam rem in alio contrectaret territorio. Quod nō solum ex vicinitate locorum, furti nimirum, & contrectationis colligitur, sed etiam ex eo, quod statim ad aliud sed contulit territorium cū re furto subtracta.Farinac.d.quæst.174.nu.61.quāquam dici potest conuenire diffinitionem furti, etiam si longum intercesserit temporis interuallum inter furtum commissum, & asportationē illius in aliud territorium.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Temporis effectus innumerabiles.*

2 *Emancipatio tempore præsumitur, vbi filius separatim vixit à patre. Quod tempus requiratur. Distingue.*

3 *Statutum Ticinense 119. De filio, qui separatim viuit à patre.*

Filius separatim viuendo à patre, an constituatur in possessione sui iuris, & possit se obligare.

CAP. LXVII.

De emancipatione præsumenda.

1 TEmporis innumerabiles † sunt effectus. Inter eos recensetur præsumptio emancipationis, vbi fi-
2 lius † separatim à patre vixerit. Sed est distinguendum. Aut præcedit titulus putatiuus, & tunc sufficit decennio filium à patre separatè vixisse. Aut nullus præcedit titulus, & viginti requiruntur anni. Mascard. concl. 597. Polyd. Rip. lib. sing. obseru.cap.102.Carp. ad Stat.Mediol. cap.416.num.22.lib. 1. Morot. resp. 52.num.25. Quæ procedunt in dubio, vbi enim constaret de emancipatione restricta, vel de licentia tantùm, tunc secus esset.Carp.d.loco nu. 26.Rip.d.cap.102.in fi. Aliam distinctionem affert Franc. decis.10. num. 4. quem vide.

3 Verùm Ticini habemus legē†municipalē.119. qua cauetur, vt filiusfam.qui stet separatus à patre,& qui gerat,& cōtrahat per se tāquam separatus à patre, possit se obligare, & ideo non requiratur lapsus decennij, vel xx. annor. cum ēt sine eo, & ferè incontinenti separatim viuendo filius a patre constituatur in quasi possessione sui iuris ità, vt validè se possit obligare concurrentibus simul ijs, quæ requirit statutum.Cęs. Vrsill.ad decis. Afflict.368. num.19. D. Tort. ad dict. Stat.119.num.95.

SVMMÆ.

1 *In hypotheca, qui præfertur, etiam in omni pacto, quod ipsius hypothecæ est accessorium, præfertur.*

Ratio quæ. Declara.

Pactum quod dicitur ad discursum.

2 *L.Creditor 12.§.si primus.ff.Qui potiores in pign.hab. sententia. Sub hypotheca qui credidit potior est eo, qui credidit sine hypotheca.*

3 *Hypothecæ tempus spectandum, non obligationis.*

CAP. LXVIII.

De prælatione hypothecæ, & pacti ipsius accessorij.

SCriptum reliquit Angel. in l. si prior.§.fin.ff.qui pot.in pig.hab.
1 eum, qui præfertur † in hypotheca, præferri etiam in omni pacto, quod ipsius hypothecæ est accessorium. Ratio petitur à vulgata reg.c. Accessorium. De reg. iur. lib.6. Ponamus igitur exempli gratia Titium in bonis alicuius habere ius anterioris hypothecæ, quæ postea bona Caio fuerunt eodem nexu hypothecę obligata, & demum fauore Titij adiectum fuisse pactum aliquod, erit pręferendus Titius etiam respectu pacti accessorij hypothecę ipsi Caio. Verum iure aliud iudicatum fuisse refert Mastrill.decis.26.lib.1. licet enim Elisabetha haberet ibi anteriorem hypothecam, tamen Consistorium in eam venit sentētiam pactum illud, quod dicitur ad discursum, vt in decis.33. num.8.cuius virtute petebat illa bona hypothecata sibi adiudicari, non habere locum, sed procedendum esse præcedēte ęstimatione, cū adiectum fuisset pactum post hypothecā alteri quæsitam, doctrinam autem Angeli procedere, quando incontinenti vno & eodem tēpore accessoriū pactum fuit adiectū, nō aūt qñ ex postfacto,

&

& post secũdum creditorem apponeretur, vel etiam iuxta eundem Mastrill. loquitur Angel. eo casu, quo primus, qui habet hypothecam, præfertur secundo etiam habenti hypothecã, & pactum ita, vt secundus creditor nõ possit vti pacto cõtra primũ.

2 Cœterum quod attinet ad † l. creditor 12. §. si primus. ff. Qui potior in pignor. hab. clara est mens Iurisc. in eo. §. nimirum hypothecarium creditorem, qui vtrumque fecit, credidit, & sub hypotheca credidit esse potiorem eo, qui credidit priore loco sine hypotheca, cum non tempus

3 obligationis † contractæ spectemus, sed hypothecæ.

S V M M AE.

1 Legatum annuum dicitur momentaneũ, & initio anni soluendum, secus in eo, quod anno debetur.

2 Vxori si quis legauerit decẽ annuos quoad viueret, & illa superuixerit quinquennio, & quatuor mensibus, sexti anni, integrum legatum debetur.

Legatum Vxori quamdiu vixerit, vel vidua fuerit, vel in monasterio permanserit.

3 In legatis ad tempus, an solutio statim facta liberet hæredem? Distingue.

C A P. LXVIIII.

De legato annuo.

1 Legatum annuum † momẽtaneũ dicitur, momento percipitur, & ideo in principio anni soluẽdũ, cùm aliud dicendum sit in eo, quod anno debetur, nam tunc in fine anni est præstandum. l. 1. C. Quando dies leg. Doct. in leg. qui hoc anno ff. de verb. oblig. Add. ad Capic. decis. 203. Vincent. Franc. decis. 155. num. 2. Borgnin. de vsufructu num. 166.

2 Quamobrẽ si quis legauerit † vxori suæ decem annuos, quoad vixerit, illaque superuixerit quinquennio, & quattuor mensibus, etiam sexti anni legatum integrum debetur. l. à vobis ff. de annuis legatis, initio enim anni statim debetur. Socin. Son. cõs. 10. num. 14. lib. 1. Stephan. Gratian. lib. 3. Discept. Forens. cap. 471. num. 15. vbi agit de legato relicto quamdiu vixerit, vel vidua fuerit, vel in monasterio permanserit. Cœ-

3 terum in legatis ad † tempus, solutio incontinenti facta, non semper liberat hæredem, sed temporis interuallum, præfinitũ à testatore ex spectandum; veluti si rogauerit aliquem testator, vt post annos decem restitueret pecuniam, ille autem ante diem restituerit, nam si fauore capientis, legatarij nimirum dilationem addiderit, non erit liberatus hæres, qui ante diem restituisset. Secus si hæredis gratia prorogatum sit tempus, quod in dubio factum creditur. l. cũ qui ff. de annuis leg. vbi glos. & alij.

S V M M AE.

1 Vicarium non potest sibi eligere officialis.

Officialis debet munus mandatum per se obire.

2 Officiales in quibus casibus sibi Vicarios eligere possint.

C A P. LXX.

De Vicario non eligendo per Magistratus.

1 Non potest officialis, siue † Magistratus sibi Vicarium, vel locum tenentem eligere, etenim debet ipse munus mandatum obire, cuius industria censetur electa, vt traditur communiter in rub. ff. De offic. eius, vbi Bologn. num. 63. Et sic accipitur tit. in auth. Vt nulli iud. Mastrill. de

de Magiſtr. lib. 1.cap.29. num. 3. & ſeq. Camill. Borell. De edict. Magiſtr.lib.1.cap.1.num.221.& ſeq.Idipſum legibus municipalibus Cōſtit. & edict. Principum paſſim cauetur, ne videlicet officiales ſine Principis, vel Senatus licentia à loco ſui officij diſcendant,neue ſibi eligant aliquos quorum vicaria opera abſentes vtantur. Ceſſat prædicta iuris prohibi-
2 tio † in multis caſibus, & præſertim vbi adeſt conſuetudo eos eligendi. Bolog. in d. rub. num. 65. Maſtrill. d. cap.29. num. 20. vel vbi officialis eſſet ſtatim rediturus,quo caſu etiam poteſt illum Vicarium eligere,qui ſit eiuſdem loci, vt latè probat Guttierez lib. 1. Quæſt.Pract.quæſt. 34.

S V M M Æ.

1 *Locationi tenetur ſtare ſucceſſor vniuerſalis, non autem ſingularis, exceptis nonnullis caſibus, & num. ſeq.*

2 *Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare locationi, ſiue ſit partiarius colonus, ſiue nummis colat. Diſtingue.*

3 *Succeſſor ſingularis his caſibus, quibus tenetur ſtare locationi, non tamen illi ſtabit, vbi ſtatim dominium eſt diſceſſurum à locante.*

4 *Prælati locationi an teneatur ſtare ſucceſſor, & num. 5.*

Prælatus eſt vſufructuarius ſiue vſuarius.

5 *Emptor cum pacto redimendi locare poteſt, & num. ſeq.*

6 *Acceptoris ius reſoluitur, reſoluto iure datoris. Declara.*

7 *Locari poteſt pignus. Locationi factæ per creditorem de pignore, an quis teneatur ſtare ſequuta ſolutione.*

C A P. L X X I.

De ſucceſſore, an teneatur ſtare locationi.

1 LOcationi tenetur † ſtare ſucceſſor vniuerſalis,non autem ſingularis, exceptis nonnullis caſibus, de quibus Doct. in l. qui fundum ff. locat. in l. emptorem. C.eodem.Didac. Couar. lib. 2. var. reſol. cap.15. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 399. lib. 2.num.83.Stephan.Gratian.lib. 1.Diſcept.Forenſ. c. 37. Mar.Giurb. deciſ. 58. Mantic. De Tacit. & ambig.Conuent.lib.5. tit. 10. 12. & lib. 4. tit. 32. Peguer. deciſ. 215.

2 Et hoc vindicat † ſibi locum, tam in colono partiario, quam in eo, qui nummis colit. Gratian. d.cap. 37.in princip.

Sed diſtinguitur interfructus intrà breue tēpus colligendos, & alios, vt in illis ſingularis ſucceſſor teneatur ſtare locationi, cum habeantur pro collectis,in alijs ſecus. Oſaſc. deciſ.82.n. 10. Carpan. ad d. ſtat. 399. num. 123.

Illis tamen caſibus, quibus tene-
3 tur ſucceſſor ſingularis ſtare † locationi, veluti ſi adiectum ſit pactum de non alienando, vel conſtituta hypotheca ſpecialis, iuxta tradita per Carpan.Gratian.& alios in locis prę dictis,non tenebitur ei ſtare, vbi dominium ſtatim eſt diſceſſurum à locante, in fraudem enim tunc cenſetur quis locaſſe. Quamobrem Præ-
4 latus, qui à ſe ipſo ſtatim † prælaturam eſt abdicaturus, ſi locet ad multos annos, cenſetur id feciſſe in fraudem ſucceſſoris. Tiraq. De Retrac. Cōuent. gloſſ. vnica. §. 3. num. 20. & de Retract.Conſang.§.1. gloſſ.un. nu.76. & ſeq. Maſtrill.deciſ. 5.nu.4. Cum etiam dici poſſit, Prælatum cōparari vſufructuario, vel vſuario, & ideo non poſſe ſua locatione damnū afferre ſucceſſori. Stephan.Gratian. d. cap.37. num. 17. qui regulariter non tenetur ſtare locationi factæ per præceſſorem M. Anton. Variar. Reſol.lib.1. reſol.45.Trent.variar. Reſol.lib.3. tit. De Locat.reſol.3. num.

5.

3. Gutier. Canonicar. quæst. libro 1. cap. 36. num. 4. Surd. consil. 183. Adrian. Negusant. quæstion. 350. nu. 2. & seq. exceptis casibus, de quibus Borell. in summ. Decis. tit. 16. nu. 8. & citati Doctores.

5 Poterit tamen Emptor † cum pacto redimendi locare, & successor singularis tenebitur stare locationi. Quod contingit, ob consensum tacitum eius, qui poterat redimere. Mantic. d. libro 5. tit. 10. num. 34. & lib. 4. tit. 32. num. 97. Roland. consil. 49. num. 3 volum. 2. Caroc. De locat. tit. de success. quæst. 12. quam sententiam multis comprobat Giurb. d. decis. 58. num 8. Mastrill. decis. 5. nu. 7. lib. 1.

Et ita hoc casu cessat, ob cõsensum tacitum, regula illa vulgata. Resoluto
6 iure datoris, resoluitur ius † acceptoris l. lex vectigali. ff. de pign. cuius declarationes nonnullas pete à Caroc. decis. 117. num. 11. vbi inter cæteras eam affert, quod videlicet procedat in eo iure, quod depẽdentiam habet successiuam, secus in eo, quod statim, & in primo, vt sic loquar, instanti fuit perfectum.

Ob prædictam regulam olim resf-
7 pondi non teneri aliquem stare † locationi factæ per creditorem de pignore, extincto debito per solutionẽ, licet enim pignus locare possit creditor l. creditor. ff. de pignor. Caroc. De locat. tit. de creditore quæst. 1. tamẽ intelligi id debet, dum est creditor, sed extincto iure auctoris, extinguitur ius acceptoris, maximè cum creditor nõ habeat plenum ius, & ideo etiam teneatur creditor stare locationi. Stephan. Gratian. d. cap. 37. num. 13. & 16. In redimente autem venditore ob pactum redimendi licet receptum sit eum teneri stare locationi, tamen ait Mastrill. d. decis. 5. in fine, placuisse Concistorio æquitatem opinionis. Osasc. decis. 82. nu. 10. videlicet vbi agitur de locatione ad modicum tempus duratura, & factæ sunt expensæ, tunc valeat locatio pro illo tempore, secus si nulli sumptus facti sunt, nec præstita opera cũ nullum ius, aut damnum prætendere possit conductor. Sic & locationi factæ ad modicum tempus per Prælatum tenetur stare successor. Quod tamen intelligitur, modo quædam requisita interuenerint. Genuen. Pract. Eccles. quæst. 137. Ripa sing. obseru. 115. Trẽtac. dicta resol. 3. nu. 3. & 4. Mantic. d. lib. 5. tit. 13. nu. 12. & 26. Neg. dicta quæst. 350. nu. 2.

SVMMAE.

1 *Properantes nimis, offendunt, & grauiter peccant.*
Debitum non soluendum ante aditam hæreditatem.
Cunctatio damnum affert.
Sero sapiunt Phryges.
2 *L. 2. C. de iuris & facti ignorant.*
3 *Renuncianti hæreditati paternę datur regressus. Declara.*
Hæreditatem paternam repudians, potest reuocare repudiationem, & intrà quod tempus. Quid de repudiante maternam hæreditatem.
4 *Reuocatio repudiationis hæreditatis, per filium fieri potest tacitè, & expressè.*
5 *Reuocatio repudiationis an fieri possit per filium, licet præcesserit protestatio.*
6 *L. fin. ff. de interrogat. action.*
L. filij §. 1. ff. ad S. C. Tertyll.
Hæres confessione, an omnibus obligetur.
7 *Reuocari an possit iurata repudiatio, & protestatio filij.*
8 *Filius hæreditate paterna abstinere potest.*
Abstensionem censetur filius reuocasse, qui bona paterna mala fide emit.

Ma-

Mala fides filij ementis bona paterna ex eo colligitur, quod illa statim post abstensionem emerit.

CAP. LXXII.

De reuocanda repudiatione hæreditatis paternæ, & maternæ.

1 OFfendunt, & grauiter sępenumero peccant, qui nimis † properant, vt multis docet Ian. Langl. lib. 11. Semestr. cap. 2. nec auditur, qui ante aditam hæreditatem petit, vt sibi soluatur debitum. l. vt debitū. C. De hæred. action. Sed nec minus damnum affert cunctatio, & quod serò fit, vsurpari enim tunc illud potest, Serò sapiūt Phryges, & sera medicina non proficit. Huc pertinet qđ
2 Gordianus Imp. in l. 2. C. de † iur. & fact. ign. ait, *Iuuenalem nimis sera prece sibi vt subueniatur postulare, qui matris hæreditati, cum ageret vigesimū quintum annum renūciauerat.* Rebuff. De Sent. prouis. in præfat. num. 97. Qua tn̄ in re est animaduertendum,
3 nam aut quis renunciauit † hęreditati paternæ, & datur illi regressus aduersus renunciationem iuxta l. fin. C. de repud. hæred. Alciat. in l. 1. ff. de vulg. nu. 73. & seq. Petr. Loriot. De substit. axiom. 20. Magon. Decis. Florent. 10. nu. 17. Cost. De re integra, q. 76. vbi traditur, suum reuocare renunciationem paternæ hæreditatis, rebus non alienatis, intra trienniū: aut filius repudiauit hæreditatē maternam, & habet annum ad reuocandam repudiationem, intrà quem admittitur pęnitentia filij, qui dixerat se nolle esse hęredem matris. l. filij §. 1. ff. ad S. C. Tertyll. Quæ reuocatio
4 † repudiationis, iuxta magis receptā sn̄iam pōt fieri, non solum expresse, sed et tacitè. Magon. d. decis. 10. nu. 19. Cost. d. q. 76. num. 8. Paul. Æmil. Gall. De except. in success. tit. 2. except. 2. part. 3. num. 70. in iudicio, & extra Gall. ibidem num. 66. & seq.

5 Immò verò licet præcesserit protestatio filij, adhuc † poterit adire, & reuocare repudiationē, maximè si nō sit iurata, futurū non respiciat, & sit facta non modico tpe ante reuocationē, iuxta ea, quæ scripsit Mascard. De probat. concl. 1248. nu. 29. & ipse tradidi sup. lib. 1. cap. 98. in fine.

6 Non obstat † l. fin. ff. De interrog. act. vbi qui non pōt esse hæres, vel ob repudiationē, vel ob aliam causam, si interrogatus fuerit etiam in iudicio, an sit hęres, respondeatq; se hęredem, dicitur sibi præiudicasse quò ad commodum tantum interrogantis, non quò ad alios, vt ibidem declarat Bart. Menoch. cons. 704. num. 2.

Etenim respondetur diuersam esse speciem d. l. fin. à d. l. filij. §. 1. Etenim in d. l. filij, poterat filius ēt post repudiationē adire, & repudiationem, ac protestationē reuocare, sed in d. l. fin. non poterat quis esse hęres, neq; erat hæres, non mirum igitur si ibi obligetur tantum illi, erga quem confitetur, non alijs. In d. l. filij, non ex vi confessionis, vt in l. fin. obligatur filius, sed ex vi aditionis, vt distinguit Rub. in l. non solum. § morte, num. 226. ff. De noui oper. nunciat. vbi M. Aquil. nu. 133. & ita obligabitur omnibus, cum non possit esse hæres pro parte, & pro parte secus. Rub. d. nu. 226. Bart. in l. gerit. num. 14. ff. de adquir. hæred. Aditio igitur ipsius filij intra annū, non obstāte cōtraria protestatione, illi nocebit quò ad oēs, cū ēt illi prosit contra oēs; est enim hæres Mascard. concl. 47. nu. 13. & seq.

Nō omitto d. l. fin. procedere in suo exhęredato, vel emancipato præterito, qui nec bonorū possessionē acceperat, nec hæres erat, & tn̄ se hæredē esse rn̄derat, vt latè explicat doctrina, & ingenio pręstans Anton. Fab.

De error. Prag. error. 10. Decad. 2. confessio alioquin hæredis eum omnibus obligat, non solum ei, cui confitetur, sed etiam alijs. Immò verò dici posset etiam iuratam protestatio-
7 nem, & † repudiationem reuocari posse, & cum iuramento aditionem fieri, licet reuocans efficiatur periurus, non petita absolutione à iuramẽto, cùm satis sit reuocationem repudiationis fieri intrà annum, intra quem legibus permittitur. Rub. in d. §. morte num. 228. M. Aquil. ibidẽ num. 135. & 138. vbi ait licet primũ iuramentum offuscatũ reddat secundum, tamen actus secundus, videlicet aditio post repudiationem fieri potest in hæreditate materna, ideo actus sequens valebit, cùm illi ius assistat, & satis sit, illi non resistere, & primum iuramentum afficiat tantũ personam, non actum.

8 Cæterum † licet filius hęreditate paterna possit abstinere, tamen si postea quam abstinuit, mala fide emit bona paterna, censetur abstensionẽ suam reuocasse. Mala autem fides ex eo colligitur, quod incõtinenti emerit. Bart. in l. 2. C. de rep. hęred. Alex. in l. si is, qui ex bonis nu. 7. ff. de vulg. Mantic. De Tacit. & ambig. Conuent. lib. 13. tit. 37. num. 19.

SVMMAE.

1 *Mercatorum priuilegijs non fruitur, nisi qui mercaturam exercet.*
Exercendi verbum significat frequentiam.
2 *Mercator quis dicatur, & an ex vnico actu, & num. seq.*
3 *Lusor non dicitur ex vnico actu.*
Statutum mercatorum Ticinensium.
Mercatorum priuilegia. Mercatura quanam sordida.
Mercatorum Consul esse non potest Ticini, nisi qui mercaturam exercet.
4 *Mercator quando quis esse desinat; & num. sequen.*
Scholasticus quando quis esse desinat, vt rediens teneatur soluere aliquid ob beneficium matricula? & num. seq.
5 *Voluntas verbis, & factis declaratur.*
Scholasticorum priuilegia, & quando illa amittantur.

CAP. LXXIII.

De Mercatore, & De Scholastico.

1 SI quis priuilegijs † mercatorum frui velit, necesse est, vt exerceat mercaturam. Quod etiam cauetur Ticin. Statutis Mercatorum. Verbũ autem exercendi frequentiam significat. Doctor. in l. principalibus. ff. si cert. pet. num. 2. Quamobrem non
2 dicitur quis statim † mercator, ac vnicũ actum exercuit, nam frequentes, & continuati esse debent actus negotiationis, emendo, & vendendo. Stephan. Gratian. Discept. Forens. 213. num. 55. Hect. Felic. De societat. cap. 5. nu. 44. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 416. num. 183. Mascard. concl. 1051. num. 6. De probat. Menoch. De Arbitr. cas. 499. num. 20.
3 vbi ait † etiam lusorem non dici ex vnico actu. Idem dicitur de alijs nominibus significantibus exercitium. Rot. Gen. decis. 37. num. 13. Posset tamen dici mercator ex vnico actu, vbi pręcederet professio, vt matricula. Bertach. de Gabell. part. septima, num. 48. Rot. Gen. d. decis. 37. num. 13. nam tunc statim quis fit mercator. Verum si non perseueret mercaturam exercendo, desinet esse mercator, & ideo, vt quis frui possit priuilegijs mercatorum, probare debet se nũc exercere mercaturam. Mascard. ibidem num. 12. Sunt autem mercatoribus multa indulta priuilegia, cũ eius opera multum vtilis sit reipubl. & licet sordida sit mercatura quæ tenuis

nuis eſt, & ſordidi illi ſint, qui à mercatoribus mercātur, quod ſtatim vēdant, tamen magna, & copioſa mercatura non eſt vituperanda. Cic. lib. 1. Offic. Iure igitur ſtatutum fuit à Collegio mercatorum Ticinenſium, vt non poſſit quis eſſe Conſul mercatorum, niſi inter cœtera nunc exerceat mercaturam. Eſſet enim monſtro illi ſimile, de quo Horatius initio Poetices, ſi Conſul mercatorum eſſe ille poſſet, qui non exerceret, & frequētaret mercaturam, vt ait Polyd. Rip. olim collega meus in publico interpretandi munere, lib. ſingul. obſeru. cap. 57. num. 6.

Non cenſetur autem quis deſinere
4 eſſe mercator, † niſi quinquennium integrum abſtinuerit à mercatura, vt dicimus etiā de ſcholaſtico. Porc. in §. apum, in Inſt. De rer. diuiſ. nu. 3. Bolog. in authen. Habita. C. Ne fil. pro patre num. 292. vbi ſubijcit, ſi ſcholaſticus ob diutinam abſentiā, vel ob aliam cauſam amiſerit beneficium matriculæ, & poſtea redeat, non teneri iterum aliquid ſoluere, ſi velit adhuc eſſe in matricula.

Quod accipio in dubio, nā ſi quis profiteatur ſe nolle amplius in numero mercatorum cenſeri, ipſa declaratione animi ſtatim deſinet priuilegijs mercatorum frui. Maſcard. d. concl. 1051. num. 12. & 14. vbi num. 13. ſcriptum reliquit, non dici eum deſerere mercaturā, qui ob cauſam minime perpetuam, ſed temporariam, puta belli, peſtis, aduerſæ valetudinis, vel ſimilem mercaturam non exercuit. Sed hæc in dubio. In claris autem non eſt opus coniecturis, vbi nimirum quis dixit ſe nolle mercaturam exercere, & re ipſa eam deſeruit, fraudulentæ alioquin proteſtationi non eſſet ſtandum. Idem cenſerē, ſi quis actus contrarios mercaturæ feciſſet, puta ſi curaſſet ſe deleri ab albo ſiue matticula Mercatorum, vel de libro in quo deſcripti ſunt illi, qui ſoluunt tamquam mer-
5 catores. Voluntas enim † verbis, & factis declaratur l. Paulus. 5. ff. Rem rat. hab. & ideo ſi ſcholaſticus exerceat mercaturam, vel efficiatur adſeſſor, ſiue aduocatus, vel ad bellū proficiſcatur, cenſetur habuiſſe animum deſerendi ſtudium, neque amplius priuilegijs ſcholaſticorū, de quibus in d. auth. habita. & in Nou. Conſt. Med. De Gymn. Ticin. poterit frui. Porcius d. num. 3. Bologn. in d. auth. habita. num. 292. quæ tamen malè hodie illis ſeruantur, vt loquitur Rebuff. in præf. De reſcriptis, num. 13. Sed illud accipe, niſi iuuenili, ſiue potius, vt ſic dicam, ſcholaſtico impetu, & ardore abreptus ſcholaſticus aliquis in militiam ſit profectus, & poſtea interiecto modico tempore redierit, vbi nimirum ardor ille deferbuiſſet, qui miros in adoleſcentibus motus ſolet excitare. arg. l. quidquid calore in fin. ff. de reg. iur. & eius qđ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 8. & cap. 81. num. 8. Quamobrem ſi lege aliqua caueatur, vt ſcholaſticus abſens faciat iacturam priuilegiorum, nō erit id intelligendum de eo, qui ſtatim fuit reuerſus. Bolognin. in d. authē. habita, num. 297.

SVMMÆ.

1 De euictione non agit, qui culpa ſua rem amittit.

2 Creditor, cui fuit ceſſum nomen debitoris, non poteſt agere de euictione, ſi ipſius culpa non fuerit nomen ceſſum exactum.

3 Maritus ſi negligat dotem exigere, & debitor dotis fiat non ſoluendo, damnum eſt mariti. Dilationis damna.

M 2 CAP.

CAP. LXXIIII.

De amittente rem culpa sua, vel creditore non exigente, qui non potest agere de euictione.

1 NOn agit de † euictione ille, qui culpa sua rem amittit. Quod multis exemplis, & auctoritatibus illustrat, & probat Surd. decis. 208. nu. 16. & 17. Gasp. Thes. lib. 2. quæst. Forens. cap. 23. nu. 25. Quamobrem
2 creditor, cui fuit cessum nomen † debitoris, non potest agere de euictione, si ipsius culpa contigerit, vt non potuerit exigi nomen cessum, puta quia non statim illud exigere curauerit, sed fuerit in mora ita, vt nomẽ cessum bonum esse desierit, vt in specie Gasp. Thesau. lib. 4. Forens. quęst.
3 cap. 10. nu. 8. Qua ratione si † maritus negligat dotem exigere, & debitor dotis efficiatur non soluẽdo, traditum est damnum esse mariti, qui tenetur vxori. Tib. Decian. resp. 28. nu. 11. lib. 4. Verùm innumera sunt dilationis in exigendo damna.

SVMMAE.

1 *Banniti si capiantur mandatur executioni sententia.*
Bannitus captus solet recognosci.
2 *Banniti capti petunt admissionem ad nouas defensiones, quę illis conceditur, & quomodo.*
Senatus ordines.
Ordines Tomarienses circa admissionem ad nouas defensiones.
3 *Noua defensiones intrà quod tempus debeant peti.*
4 *Sententia mandatur executioni contra bannitos captos, nisi sit notoriè nulla, vel iniusta.*
Bannitos captos solet Senatus condemnare in pœnam trium ictuum funis, vel etiam remi triennalis, licet bannum sit nullum.

CAP. LXXV.

De bannitis admittendis ad nouas defensiones.

1 BAnniti † si capiantur, mandatur executioni sñia, neque tunc aliud agendum est iudici, nisi vt curet legitimè recognosci bannitum, ne errore aliquo, alium pro alio pœna afficiat. Vide cap. 37. De testib. de
2 auditu. Possunt tamen banniti † petere admissionem ad nouas defensiones, quæ nunc nouissimi. S.C. benignitate conceditur, etiam si in ditione capiantur, modò non effluxerit biennium à die condemnationis, & modò nõ sint banniti conuicti, & sistant se in carcere in causa capitali, termino dierum decem, in causa autem pecuniaria infra mensem se defendant, vt cauetur Nou. Cõst. Med. in tit. De Accusat. in fine, & diuersis ordinibus Senatus anni 1580. die 15. Ian. 1548. die 26. Octobr. & 1598. die 14. Nouembris. Clar. § fin. quęst. 94. vers. Est etiam alius. Cost. De re integr. Distinct. 48. Et licet ordinibus Tomariensibus anni 1581. diei 27. Aprilis annus, vel biennium incipere debeat à die patrati delicti, ta-
3 men declarauit † Senatus iuxta Nou. Cõst. loco citato à die condemnationis tempus incipere. Vide in hanc rem multa congerentem Gutier. lib. 1. Pract. Quæst. cap. 85. Neque verò solum sufficit, si petantur nouę defensiones intra biennium, sed etiam intrà illud tempus sunt præstandæ, alioquin vigeret ratio fraudis de qua in dictis ordinibus & Nou. Const. si peterentur intrà tempus, & postea mortuis testibus de crimine informatis, fierent defensiones. Quod si petantur intrà tempus coram iudicibus, debent petentes instãtiam facere, vt fiat relatio Status causæ, nam ea fa-

ea facta intra tempus, intra quod poſſint defenſiones præſtari, coram Senatu non currit tempus, quemadmodum nec exiſtentibus condemnatis in carcere, vt cenſuit Senatus referente ampliſſimo Senatore Montio.

Lapſo tempore nouarum defenſionum, partes iudicis ſunt in exe-
4 quenda ſententia niſi tamen † appareret eam vitio aliquo nullitatis, vel iniuſtitiæ laborare, idque ex iiſdem actis colligeretur, vel offerretur probationes maximè incontinenti iuxta ea, quæ latè ſcribit Farinac. quæſt. 11. num. 62. nam etiam per generalem reiectionem defenſionum, non cenſetur defenſio illa reiecta, quæ ſtatim poteſt probari. Farinac. ibidem, in fi. d. num. 62. Dixi cap. 45. De excuſat. reorum abſentium.

Verum licet bannum ſit nullum, tamen ſolet Senatus captos, qui illi contrauenerunt, vel condemnare in pœnam trium ictuum funis, vel etiam remi triennalis.

SVMMAE.

1 *Exceptione non numeratæ pecuniæ quis tutus eſt intra biennium.*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ intrà biennium eſt impeditiua litis ingreſſus.*

3 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ an ſit locus aduerſus iuratam confeſſionem.*

Iuramentum aſſumit naturam actus, cui adijcitur.

4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in dote, & in mutuo habet locum, & quare.*

5 *Obligatio quæ nam dicatur nata in confeſſione dotis, & mutui ante biennium.*

6 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ in quibus caſibus ſit locus.*

CAP. LXXVI.

De exceptione non numeratæ pecuniæ.

QVi pecunias, vel alias res numeratas confeſſus fuit ſe rece-
1 piſſe † tutus eſt exceptione pecuniæ non numeratę intrà biennium, ita, vt incumbat onus probandi numerationẽ factam agenti contra confitentem. Elapſo autem biennio non poteſt opponi hæc exceptio, niſi tamen vellet quis probare numerationẽ non eſſe factam. Doct. in l. in contractibus C. de non num. pecun. Maſcard. concl. 695. in princ. & dixi in Cõment. de oblig. nu. 78. Quam-
2 obrem intra bienniũ † oppoſita impedit litis conteſtationem, & dicitur peremptoria. Camill. Borell. in ſua ſumm. Deciſ. tit. 50. num. 67. & ſeq. ità, vt credatur etiã locum eſſe huic
3 † exceptioni aduerſus iuratam confeſſionem numerationis. Alciat. in cap. cum contingat de iureiur. num. 177. Doct. in l. fin. C. de non numerata pecun. Rimin. in conſ. 140. nu. 31. volum. 2. Borell. in ſumma deciſ. tit. 60. num. 229. Oſaſc. deciſ. 134. nu. 2. Vide Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. libro 18. titul. 4. & titul. 6. num. 26. & 34. Iuramentum enim aſſumit naturam actus, cui adijcitur, cenſeturque iuraſſe quis ſub ſpe futuræ numerationis. Maſcard. d. concluſ. 695. num. 20. Craſſ de except. cap. 43. num. 10. Hinc fit, vt quoties actus, vel ex iuris diſpoſitione, vel ex recepta conſuetudine agentis conditionem tacitam includit, eandem iuramentum includat. Leſſ. de Iuſtit. & iure lib. 2. cap. 17. dub. 7. nu. 52. Sanch. de matrim. Diſp. 7. lib. 1. num. 24.

Habet aũt locum hæc exceptio in
4 cõtractu † mutui, & dotis, ob rõnes, q̃ qui-

quibus Mascard.d.cócl.695. in principio, & num.29. & Bellon. in princip. tit. Instit. De obligat. num.8. Aldouin. consf.69.nu.81. proni enim sunt homines ad cõfitendum in mutuo, spe habendi pecunias, & in dote, cum primo quoque tempore cupiāt nuptias inire. iuxta Mantic. De Tacit. & ambig. conuent. lib.18. tit.1. num.14. Et licet varij sint in ea quæstione Doctores. Mantic. dict. libro 18.num.41. An videlicet ante bien-
5 nium nata † sit obligatio, & quæ nã, alijs existimantibus ciuilem tantum natam esse, alijs naturalem tantum, alijs neque ciuilem, neque naturalem, alijs vtramque, tamen ego defendi loco citato. De oblig. num.75. vtramque natam, licet ante bienniũ obstet exceptio. Bellon. ibidem num. 7. Verum huiusmodi disputationes scholis conueniunt.

6 Sunt nonnulli casus, in † quibus cessat huiusmodi exceptio, de quibus Doctores iam citati. Steph. Gratian. lib.5. Discept. Forens. cap.457. nu. 27.& seq. & lib.2. cap.321. num.12. Cost. in l. si ex cautione. C. de non numer. pecun. Rol. Vall. consf.4. num. 15.& 16. lib.4. Felin. in cap. si cautio. num.46. de fide instrumen. Mantic. d. lib.18. tit.6.

Ille est præcipuus, cuius memini supra lib.1. cap.97. num.14. quando videlicet renunciatum illi fuit, non incontinenti, sed ex interuallo Mariscot. lib.1. var. resol. cap.8. num.21. vt dixi hoc lib.2. cap.54. De except. periurij in fine. Sed contra Salic. in d. l. si ex cautione. Mantic. d. lib.18. tit. 5.

Alter est, quando confessio respicit numerationem factam per temporis interuallum antea ex causa preterita. Bertazzol. consf.49. num.55.& seq. Pancir. consil.57. num. 8. & 17. Graff. d. except.43. num.21. Bardell. consf.157. Rol. Vall. d. consf.4. num. 15. Mantic. d. tit.6. num. 26. vbi ait idem dicendum, vbi adest geminata confessio ex interuallo.

Verũ ego valde dubito de hac sententia, nam viget eadem ratio confitendi spe futuræ numerationis, ideo qualitas personæ confitentis erit cõsideranda, & an causa præcesserit. Bertazzol. loco citato, quam potuerunt facilè contrahentes ementiri. Vide Mantic. d. tit.6. num.30. Quidquid sit, illa verba, quibus quis confitetur se habuisse, & recepisse non inferunt necessariò temporis interuallum ante cõfessionem, ideo alijs verbis opus erit idipsum indicantibus, vt locus sit prædictæ opinioni. Surd. decis.246. num.12.& 13.

SVMMAE.

1 *Alluuio quid sit, & quando res dicatur alluuione quæsita.*
Flumen adquirit alluuione, quid si vi illius, pars fundi adempta prædio vicini, meo fuerit adiecta.
2 *Alluuio cessat in incremento patenti.*
Ratio quæ.
Irruptio fluminis. An per eam acquiratur iurisdictio, & territorium.
3 *Alluuio per accretionem, & decretionem.*
Alueus derelictus, quibus adquiratur.
Alueus quando dicatur derelictus.
Macra flumen inter Filaterienses & incolas Castagnetuli.
Flumina, & Montes solent diuidere iurisdictiones, & territoria.
Flumina censorum vice funguntur.
4 *Alluuio de natura fundi.*
Alluuio accedit emptori fundi.
Alluuius ager.
Alluere quid propriè significet, & quid apud Iurisconsultos.
5 *Inundatio an interrumpat præscriptionem, & an amittatur per eã possessio.*
Præ-

Præſcriptio quibus impedimentis interrumpatur.
Momentanea an attendantur.
Minima an ſint ſpectanda.

CAP. LXXVII.

De Alluſione, derelictione, irruptione, & inundatione.

1 IN alluuione † ſpectamus incontinenti, & interiecto temporis ſpatio ſecutum, an dicenda ſit alluuio, nec ne, Etenim ſi paulatim, & ſenſim, ita vt ſenſu percipi non poſſit, quantum, quoquo momento temporis adijciatur, fundo meo per exaggerationem & aggeſtionem terræ flumen addat, quod veluti de fundo vicini delibat, & lambendo aufert, erit alluuio, incrementum nimirum latens, qua iure gentium adquiritur, ſequitur enim acceſſorium principale, & aqua profluens communis eſt, & quod vehit aqua, ideo adquiritur fundo, cui adhęreſcit, & cum quo fit vnitas terræ affluentis, Addo terram minutatim ablatam dici interire, & acquiri mihi. Si autem vis fluminis partem detractam de prædio vicini ſtatim adiecerit prædio meo, remanet adhuc vicini, nec enim mutatur ſpecies rei, neque ea pars cohęret ita fundo, vt ſenſu, & reipſa diſcerni nō poſſit, niſi tamen hęſerit longiore tempore fundo, ita vt radices egerit, tunc enim iure acceſſionis fit adquiſitio. §. Præterea quod per alluuionē vbi Doct. in Inſt. De rerum diuiſ. & non ſolum arbores tunc adquiri, ſed etiam terram traditum eſt. Verùm huic opinioni repugnant verba illa *Videntur adquiſita* iuxta communem lectionem dicti §. Præterea in fine, immo ratio ipſa cum ea pugnat opinione. Alluuionem inſtar eſſe cuiuſlibet rei animatæ, quæ naturaliter paulatim ſenſimque augeſcit, & de momento ad momentū creſcit, ſcribunt Doct. ibidem, & in l. 1. C. de alluu. neceſſe enim eſt, vt ſit alluuio, in-
2 crementum † eſſe latens ex parte fundi, cui adijcitur, licet ex altera parte non paulatim, ſed impetu fluminis contingat decrementum. In inctemento autem patenti ceſſat alluuio. Peregr. latè de iure fiſci lib. 8. num. 69. 71. ceſſant enim rationes prædictæ, cùm non imminuatur, & intereat terra vicini, ſed idem indiuiduū maneat, non mutatum, & non poſſeſſoris negligentia, qui ripam non muniuit id contingat, ſed fluminis violentia, quod aggeribus factis nequit coerceri, vt in irruptione l. adeo §. quod ſi ff. de acquir. rerum domin. l. ſi irruptione. ff. finium regund. in qua non eſt locus alluuioni, nec augetur per eam iuriſdictio, nec territorrium, vt videre eſt apud Aym. de Alluu. lib. 2. cap. 7. & cap. 6. num. 20.
3 Neque verò ſolum † fit alluuio per accretionem, ſed etiam per decretionem, vt ait Azo in ſumma. C. de Alluuion. Aym. de alluuion. libro 1. cap. 1. Decian. reſp. 123. num. 64. lib. 3. vbi probat paulatim per alluuionem adquiri, ſi retrocedat aqua. Immò adquiritur etiam vicinis, ſi non paulatim, ſed vno, & eodem tempore flumen derelicto priore alueo, aliò ſe vertat, alueus enim adquiritur ijs, qui prædia habent vicina iure derelictionis. Peregr. ibidem. num. 72. Aym. d. lib. 1. cap. 13. vbi declarat qñ nam dicatur alueus derelictus, aitq; id colligendum ab hiberno tempore. Hoc iure alluuionis, & derelictionis aluei nituntur incolæ Caſtagneuli cōtra Filaterieſes, inter quos adeſt Flumen Macra medium, diuidenſque iuriſdictiones, & territoria, vt de fluminibus, & montibus ſcripſit Gaſp. Lott. in ſuo conſ. De finibus num. 172. Mont. de finibus cap. 17. & cap.

cap.5.nu.7.censorum enim, siuè cēsitorum vice funguntur flumina l.ergo.§.flumina.ff.de adquir. rerum dominio.

Et qui possidet fundum, censetur
4 etiam possidere terram,quæ † fundo coaluit per alluuionem, quia alluuio est de natura fundi. Stephan. Gratian. lib.3. Discept. Forens. cap.425. nu.22.& accedit etiam emptori fundi, ad quem spectat corrosionis periculum. Carol. Bardell. cons.184.nu. 33. Alluuius ager dicitur adquisitus per alluuionem, licet propriè alluere non sit augere, sed attingere & adspergere. Cic. Pro Sex. *Ita iactantur fluctibus, vt numquam alluuantur*. Et Verrin. sept. *Non alluuntur a mari mœnia extrema, sed infiuit in vrbis sinum portus*. Sed à Iurisconsultibus accipitur pro eo,quod est allabendo augere l. & puto. §. & quod amnis.ff.fam.ercisc. Aym. d.libro 1. cap.1.

5 Non omitto † inundationem,quę modico tempore durauit non interrumpere præscriptionem, cùm nec mala fides, quæ statim cessauit eam interrumpat, nec penuriæ, quæ modico tempore durauit, habeatur ratio Stephan.Gratian. lib.3. Discept. Forens. cap.403.num.28. cum seq.& dixi supra lib.1. cap.81. num.6. & 9. Momentanea enim non solent attēdi, nisi in his, quæ momento perficiuntur. Cost. De Rat. quæst.38.nu. 8. Licet quando aliquid conceditur secundum ius commune, debeat attendi etiam quod minimum est,maximè si competat remedium ordinarium, & adsit eadem ratio in minimo pro portione,quę in magno.Stephan. Gratian. d.cap.403. num.32. qui probat præscriptionem interrūpi impedimentis hostilitatis diuinæ, & humanæ, vel alterius causæ, licet non longo temporis interuallo durauerint. late agit Aym.de alluuion. libro 2. cap.22. §.2. de inundatione, quæ breui tempore durauit, an per eam amittatur possessio,& interrumpatur vsucapio, explicatque,quæ nā dicatur inundatio breuis. Censuit porrò Alexan. in l.3. §. Labeo, num. 4.ff. de adquiren. possess. non destisse eum possidere ciuiliter, neque interruptam esse præscriptionem inundatione,quoties quis statim facta inundatione aquam, quæ fundum suū operit,exhaurit,& aliò deriuat Aym. d.§. 2. num.11.

SVMMÆ.

1 *Testamentum factum metu per vxorem non valet, etiam si habuerit postea illius mutandi facultatem.*
2 *Testamentum quando dicatur metu mariti factum ab vxore.*
3 *Coniugibus licet se inuicem blando sermone inuitare,vt sibi alter relinquat. Extende.*
4 *In carcere facta promissio non valet. Quid si sequatur solutio?*

CAP. LXXVIII.

De testamento coniugis facto per metum.

1 EST adeò verum † testamentum metu factum non valere. quod scripsi lib.1.cap.51. vt licet vxor, quæ per metum maritum instituit hæredem, postea longò tempore superuixerit, & testamenti mutandi facultatem habuerit, adhuc inualidum iudicari debeat, vt tradit Petr. Pech. De testam. coniug. lib.1.cap.11. Peregr. De Iure fisci, libro 2.tit.6.num. 35. Caroc. decis.16. num.32. Immò si prius coniux coniugi metum intu-
2 lerit, & postea † etiam ex interuallo blando sermone illam excipiat, dicitur nihilominus metu conditum testamentum. Idem Pech. d.tract.c.9. durat enim metus. Vide Peregr. De

iure

iure fiſci lib. 2. tit. 6. num. 36. licet cõ-
3 iugibus permiſſum † ſit blando ſermone ſe inuicem ad relinquendum prouocare, l. fin. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. Vide Peregr. De iure fiſci, d. lib. 2. tit. 6. num. 11. Marta in deciſ. Piſan. vot. 89. Quod adeò verum eſt, vt cõtra Angelum crediderim ſupra lib. 1. cap. 102. in fine, licitum id eſſe, etiam ſi alius fuiſſet priore loco inſtitutus. Dec. conſ. 489. num. 8. Addo Pech. d. cap. 9. idipſum comprobantem & Cæſ. Manent. conſ. 27. nu. 49. & conſ. ſeq. num. 7. 13. 14. 16. & 17.
3 latè probat † ſolutionem factam etiã ex interuallo, ob præcedentem promiſſionem in carcere ſecutam non purgare metum, & ideo ſolutum poſſe condici.

SVMMAE.

1 *Furioſi non poſſunt condere teſtamentũ; Ratio quæ.*
Dilucida interualla, quando quis dicatur habere.
2 *Teſtamentum an præſumatur conditum tempore furoris, an eo tempore, quo quis habet dilucida interualla.*
Furoris tempore, an tempore, quo quis habet dilucida interualla, cenſeatur conditum teſtamentum, patrata delicta, initi contractus, & alij actus celebrati.
Tuditani exemplum.
3 *Prodigus non poteſt teſtari, & quare.*
Formula interdicti Prætoris quo ad prodigos.

CAP. XXVIII.

De Teſtamento furioſi, & prodigi.

1 Furioſi non poſſunt † condere teſtamentum. §. Præterea. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. in inſtit. Ratio eſt, quia mẽte carent, nec velle creduntur, & ideo mentis, aut voluntatis teſtationem nequeunt facere. l. Furioſi 40. ff. de reg. iur. l. 2. ff. de inoffic. teſtam. l. Furioſum, C. qui teſtam. facere poſſunt. Vaſq. De ſucceſſ. progr. §. 1. numero 91. & §. 22. num. 5.

Quod tamen non procederet in furioſo habente dilucida interualla, & eo tempore teſtante, & teſtamentum perficiente, quo furor abſceſſit iuxta d. l. Furioſum. Paul. Æmil. Gall. De except. in ſucceſſ. tit. 1. excep. 7. part. 2. num. 22. Mantic. lib. 5. tit. 16. num. 25. ſecus ſi furor incontinenti, & identidem rediret, nam tunc non dicitur quis habere dilucida interualla, ſed potius inumbratam quietem. Sanch. De matrimon. lib. 1. Diſp. 8. nu. 17. Gall. de except. in ſucceſſ. tit. 4. except. 21. ſeu 1. part. 2. num. 128. Menoch. præſ. 50. lib. 4. num. 8.

2 Verùm dubitatur † ſępenumero, an quis teſtatus ſit tempore furoris, an vero eo tempore, quo habebat dilucida interualla, & crediderunt tẽpora furoris cenſeri conditum teſtamentum. Iaſ. conſ. 178. num. 1. lib. 1. Dec. in d. l. Furioſum, num. 12. Pariſ. conſ. 27. num. 16. lib. 3. Ratio ea eſt, quia furor ſit morbus, qui natura nequeat ſanari, & durare pſumatur, interualla dilucida ſint tamquam per accidens, ideo probanda. Menoch. lib. 6. pręſ. 44. in fin. & pręſ. 45. num. 63. eod. lib. Sanch. de matrim. d. lib. 1. Diſp. 8. num. 17. Tuſc. in ſuis Pract. Concluſ. in verb. Furor. concl. 544. vbi loquitur de matrimonio cõtrahendo. Caroc. deciſ. 23. nu. 2. vbi ait id multo magis, & indiſtinctè procedere in delictis, vt præſumatur patratum delictum tempore furoris, vt illud excludatur. Qua tamen in re multa arbitrio prudentis iudicis ſunt committenda, iuxta tradita in l. Diuus Marcus. ff. de Off. Præſidis. Farinac. De Pœnis temp.

N quæſt.

quæst.94. num. 11. Immò nec punitur quis licet furor superuenerit, nisi tamen spes subsit, fore, vt breui pristinæ reddatur sanitati. Farinac. d. quæst.94. num. 25. nam tunc debet asseruari in vinculis vsq; ad tempus recuperatæ sanitatis, vt sanus mente possit puniri ob ea, quæ sanus mente patrauit. Caball. ref.crim.297.n.20.

Alij existimant præsumi factum testamentum tempore, quo habebat quis dilucida interualla, vbi agatur de illius testamento, quem constet solitum ea habere interualla. Sed Bald. in d.l. Furiosum distinguit hoc pacto. Aut testamentum longo interuallo cōditum fuit post furorem, aut statim post. Priore casu valebit, tamquam cessauerit tunc furor. Posteriore secus. Boer. decis.23. nu. 89. Menoch. d. præs. 45. in fine Caroc. d.decis.23.num.3. Mascard. de prob. concl.824.num.15. Mantic. De Coniect. vlt. volunt. lib.2. tit.5. num.7. Sanch. dict. num.7. Disp.8. Hect. Felic. lib.3. alleg. 24. num. 18. Quæ temporis intercapedo maximè obseruanda in actu indifferēti. Vigl. in d.§. item furiosi, num.9. Spectandum etiam ad præsumendum furorem, an quis in eo diù manserit, an temporis momento vt dixi cap.83. De ętate probanda. Hect. Felic. d.alleg.24.nu. 16. testamentum autem ipsum, vel similis actus, indicio erit, an ab homine sanæ mētis sit factus, nec ne, vt si eo modo quis sit testatus, quo quilibet sanæ mentis testari soleat, tunc valebit testamentum, alias secus. Et ideo non debet distingui, an vicinus fuerit furor, nec ne: nam satis est, tunc testatorem fuisse sanæ mentis. Vide Thes. libro 3. Quæst. Forens. quæst.34. in quem locum nuper incidi. Felician. d.alleg.24.num.16.& & Tusc.d.concl.544.num.17. cū seq. hæc latè declarantē. Mant. Mascard. & Menoc. locis citatis. Gall. d. except. 7.num.27. Sanch. d. disp.8. num.17. Molin. De Hisp. Primog. lib.2.cap. 9.num.30. & seq. Vigl. in d. §. Item furiosi. Quib. non est permissum fac. test.num.8. vbi refert exemplum Tuditani, qui erat notæ insaniæ, & tamen testamento filium hæredem reliquit. Borell. cons.44.num.30. Val. Max. lib.7.cap.8. Afflict. Decis.145. num.5. Lud. decis. Perus.1.num.11. & 12.& quod dicitur de testamento, procedit etiam in contractib. iuxta prędictos, qui multa relinquūt arbitrio iudicis. Menoch. De Arbitr. lib. 2. cent.6. cas. 528. Et licet Prodigus prohibeatur testari, cui bonis est in-
3 terdictum † §. Item prodigus in Instit. Qui testam. facere possunt. l. is cui lege. ff. de testam. Gall. d. tit.1. De except. cap.5. & ratio illa perpetuò vigeat, videlicet iudicij infirmitas, & multo magis interdictum Prætoris, quod ea formula erat conceptum. Quando tu tua bona paterna, auitaque, nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem producis, eam ob rem tibi ea re commercioque interdico. Paul. lib.3. sent. tit.3. Briss. de Form. lib.5. pag.460. tamen Vigl. in d. §. Item prodigus ait seruari debere eius iudicium, qui sano modo fuit testatus. & in hanc rem citat Græcā Leonis Imper. Const.

SVMMAE.

1 *Exemplaris substitutio fit furiosis.*

2 *Exemplaris cessat, si furiosus resipuerit. Quid si rursus in furorem incidat, an reconualescat?*

3 *Furore superueniente, reconualescit substitutio exemplaris, quæ furioso resipiscente fuerat suspensa.*

Declara multipliciter, & num. seq.

4 *Furor quando dicatur statim, vel ex interuallo rediisse.*

Furore repetito Curator furiosi adhuc erit illius curator.

Furor

5 *Furor quando dicatur cessare.*

CAP. LXXX.

De Exemplari substitutione.

1 Exemplaris substitutio † fit furiosis, qui si resipuerint, cessat l. humanitatis. C. de impub. & alijs substit. §. qua ratione. in Inst. De pu-
2 pill. Sed difficilis est † quæstio, an reconualescat substitutio ista exemplaris, si ille, cui fuit facta, rursus incidat in furorem. Hanc quæstionem vtrinque prolatis argumentis, & au ctoritatibus examinat Massinius ad d. l. humanitatis nu. 150. & seq. Crass. in §. substitutio quæst. 51. Mantic. De coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 16. nu. 24. Menoc. De Præs. li. 4. præs. 50. vbi plures considerat casus, quos distinctione subtiliter complexus est more suo Massin. in d. l. humanitatis, n. 164.

Ego constituo hanc regulam, ni-
3 mirum reconualescere † substitutionē exemplarē superueniente furore, neque. n. fuit extincta, quo casu non reuiuisceret amplius arg. l. qui res §. areā. ff. De solut. sed potius suspensa. Hæc tñ regula pôt multis modis declarari, & præsertim, vt non procedat eo casu, quo non incontinenti redijt furor, sed ex interuallo, nā tunc verius est eam esse extinctā, neq; reconualescere ob superuenientē furo-
4 rē. Iudicis aūt † arbitrio relinquitur, an statim, an verò ex interuallo redierit furor. Menoch. d. præs. 50. nu. 9. 10. & 16. Quod pluribus speciebus similibus cōprobat, vix est. n. vt dicatur desijsse furor, qui subinde indentidē recurrit. Aliud est, vbi ex interuallo furore quis corripiatur, nā tūc nouus cēset furor ex noua causa, cessante nimirū priore. Paul. Æmil. De except. in succes. tit. 4. excep. 21. seu. 1. par. 2. nu. 126. & seq. Sic dicimus de Curatore furiosi, nā furore repetito statim, erit adhuc curator, secus si ex interuallo, & ita accipitur l. cū filijs. ff. de cur. furios. Verū hęc distictio an ex iteruallo redierit furor nec ne, nō hēt locū, vbi ante mortē testatoris q s factus est sanæ mētis, sed illi tantū est locus, vbi post mortē testatoris id cōtigit. Menoc. d. lib. 4. Præs. c. 50. nu. 3. etenim inquit Menoch. donec viuit testator, cuius voluntas est ambulatoria vsq; ad mortē, nō possumus affirmare, vel defecisse, vel locū habuisse dispositionē. Paul. Æm. d. loco nu. 135. & ideo vtro casu, siue statim siue ex interuallo ante mortē testatoris filius denuò incidat in insaniā, erit locus exēplari. facit. l. posthumus. ff. de iniust. rup. Mant. loc. cit. in fi. tit. 16. Verū species d. l. posthum. d qua sup. lib. 1. c. 43. est lōgē diuersa ab hac, de qua agim⁹, & rō Menoc. quā Leonio acceptā refert, patitur aliquā difficultatē, cū resipiscētia furiosi, extinguatur exēplaris, res. n. tūc ad eū casū deuenit, à quo nō poterat incipere. Mātic. loc. cit. Recipitur tñ hæc snīa, vt ante mortē testatoris redeūte furore, indistinctè locus sit exēplari. Ego potius eā respicerē rōnē, an furor oīnò sit extinctus ita, vt nullæ illius remaneāt reliquiæ, & tūc nō recōualescat exēplaris, an fuerit inūbratus iux. ea, quæ scripsi c. prox. pcedenti, & secus
5 sit. Præsumetur aūt oīnò † cessasse furorē, vbi interuallū tpis, inter primū, & alterū casū furoris itercesserit.

C ōis tñ opinio Leon. Menoc. Mār. Pau. Æm. & aliorū ita tpatur, vt cessāte furore viuo pre, filio suo iuris effecto, locus nō sit exēplari ob superuenientē furorē. Qd probabili dubōne ait carere Men. d. ps. 50. n. 5. cū fili⁹ effectus sit quodāmodo extraneus cui pr exēplarē facere nō pôt. Verū si sen sit Menoc. nō posse exēplarē fieri filio effecto sui iuris, vt inferre videntur eius verba fallitur, vt aduertit Massin. in d. l. humanitatis, num. 164. neque. n. in exēplari, vt in pupillari

requiritur patria potestas. Id igitur potius contingit, quia filius sui iuris poterat testari, vt ait Verius in d.l.ex facto num.513.ff.de vulg.& ideo idē iudicandum quod eo casu, quo decesserat testator. Qua ratione tradidit idem Menoch. d. præs. 50. nu. 18.quando viuo testatore cessauit furor, eo autem mortuo redijt, quò ad ipsum filium esse distinguendum, vt si breui tempore post mortem testatoris redierit furor, tunc valeat exēplaris,cum furiosus nō potuerit tàm breui tempore sibi testamentum condere, si autem post mortem patris longo interuallo redierit furor,tunc non recipiet substitutio exemplaris vires, quasi potuerit filius testari,& noluerit, sed venientes ab intestato credatur voluisse sibi succedere, arg. l. conficiuntur.ff. de iure codicill.

SVMMAE.

1 *Alienatio non potest fieri in præiudicium iudicij.*
Alienatione facta mutandi iudicij causa,tribuitur facultas actori conuenien di,quem voluerit,vel possessorem,vel venditorem.
2 *Edictum de alienationibus non faciendis causa iudicij mutandi, ad quas actiones pertineat, & an ad personales, & num.5.*
3 *Alienatione fiat lite pendente.*
Litigiosi vitium quid efficiat.
Litigiosa res quando efficiatur.
4 *Actio ex empto an sit in rem scripta.*
5 *Cessione facta olim fœneratores quomodo leges eluderent, & quo pacto illi fraudi obuiam itum sit.*
6 *Alienatio quando dicatur facta in fraudem iudicij mutandi causa.*
7 *Fideiussor si statim, ac datus est, fugam arripiat, alius erit dandus.*
Ex fuga statim secuta fraus præsumitur.

CAP. LXXXI.

De alienatione iudicij mutandi causa facta.

1 NOn potest in præiudicium † iudicij fieri alienatio, vt in tit. C.de alien.iud. mut.causa fact.& in cap. 1. extra eod. tit. &, si fiat huiusmodi alienatio, tribuitur facultas actori conueniendi quemcumq; voluerit, vel possessorem, vel venditorem.l.vnica.C. eod. tit. vbi Accurs.
2 Pertinet † autem hoc edictū, de quo in ea lege ad vendicationes, vel ad actiones in rem scriptas, vel mixtas, quarum euitandarū causa quis alienauit rem,quam possidebat,non autem ad actiones in personam.Cuiac. lib.10.obseru. cap.3.Surd. decis.172. vbi ait titulum illum De alienat. iudic.&c. procedere in iudicio reali,& in alienatione facta ante iudicium institutum, & eo proposito, & consilio, vt mutetur iudicium. Si enim
3 fiat lite pendente † erit locus tit. C. de litigiosis & tunc poterit fieri executio contra tertium possessorem citatum recta via. Stephan. Gratian. lib.3.Discept. Forens. cap.502.num. 36. vsque in finem. Est tit. pariter in Pand. De alienat. iud. mut.causa fact. Sed nec litigiosa res efficitur, vbi agitur personali actione, etiam ad rem certā pro illius dominio consequendo, veluti ex empto,iuxta cōmunem Doct. sententiam,de qua Peregr.qui tamen ab ea disentit De iure fisci lib.4. cap.6. num.10. Surd. d.
4 decis.172.Neque actio ex empto † enumeratur inter actiones in rē scriptas,quidquid tradant nonnulli,l.3. §. est autem personalis vbi gloss.ff.ad exhib. & diximus in rubr. ff. si cert. pet. Andr. Fachin.lib.11.Contr.iur. cap.60.
5 Poterit tamen edictū † circa alienatio-

nationem iudicij mutandi causa factam ita pertinere ad actiones personales, vt ei, cui cessum est nomen iudicij mutandi causa, ea denegetur actio, vel si non denegetur, debeat denegari priuilegiũ fori l.fin.ff. eod. tit. Eo propemodum exemplo, quo olim Romæ cum multis legibus fœnebribus ciuiũ coerceretur auaritia, viamq; inuenirent fœneratores, qua leges eluderent, & fraudarent, cessione videlicet facta socijs, qui eiusmodi legibus nõ essent adstricti, plebiscito cautum fuit, vt cum socijs, ac nomine Latino pecuniæ creditæ idẽ ius esset, quod cum ciuibus Romanis. Liuius lib.xxxv. Cessiones igitur huiusmodi non omnino vetandę, sed ij, quibus factæ, iisdem legibus adligandi, quibus cedentes. Cuiac.d.c.3.

6 Tunc autem dicitur † facta alienatio causa iudicij mutandi, quando paulo ante litem motam secuta fuit. Surd.decis.326.num.87. Fraus enim præsumitur ex actorum vicinitate, vt dixi supra lib.1.cap.65. num.3. & 4.& cap.2. Tiraq. latiss. De Retract. Consang.§.1. gloss.7.num.76.& seq.

7 Si fideiussor datus † incontinenti fugam arripiat, erit dandus alius fideiussor, nã ex breuitate temporis præsumitur debitor fugę conscius. Surd. d.decis.326.num.86. & seq. vbi prædictis similibus probat fraudem ex eo, quod die decima quinta Augusti concessit quis prorogationem vectigalis, & die decimanona fugam arripuerit.

CAP. LXXIIII.

1 *Laudemium pro subscriptione soluendum.*

2 *Laudemium soluendum pro re emphytheutica alicui per iudicem adiudicata.*

3 *Laudemium an sit soluendum, vbi periculum est, ne res ab alijs euincatur. Declara.*

Laudemium an soluendum rescisso contractu.

4 *Emphyteusis vt possit obligari, sufficit eam momento temporis fuisse penes debitorem.*

5 *Creditoris negligentia non est culpanda, si statim, ac resciuit debitorem decoctum esse, creditum petijt.*

Creditor primus, an secundus præferatur, vbi solutio pecuniæ est facta secundo.

CAP. LXXXII.

De Laudemio soluendo ob dationem insolutum euictione secuta.

1 PRo subscriptione, quæ † momento temporis fit, in emphyteutica inuestitura Amęd. à Ponte. De Laudemio quæst.1. num. 11. ait Imper. in l.fin.C.de iure Emphyt. soluendũ esse Laudemium. Peguer. decis.156. num.1. Sed dubitari contingit cum

2 res emphyteutica † alicui adiudicatur per iudicem, quo casu soluẽdum est laudemiũ. Camill. Borell.in sum. decis.tit.35.num.105. Stephan.Gratian. lib.3. Discept. Forens.cap.544.

3 num.19. & 20. an si periculum † sit, ne euincatur ab anterioribus creditoribus, vel ab alijs, soluendum interim sit laudemium. Ego existimo tunc rem carere difficultate, quando incontinenti fuit res euicta per anteriorem creditorem, iuxtà ea, quæ traduntur de contractu rescisso intra breue, vel longum tempus, vt sciri debeat an debeatur laudemium, nec ne, Amęd. à Pont. d. tract.quest.39. num. 12. Vide Gasp. Thes. libro 4. quæst. Forens. cap.51.nu.5.& quęst. 52. num. 10. neque enim par est, vt quis soluat laudemium si statim fuit res ablata, neque percipit fructus. Si verò res non sit statim euicta, sed interiecto longo tẽporis spatio, tunc aut

aut venditio, vel datio insolutum facta à iudice fuit omninò nulla, & nõ debetur laudemium, vt scripsi supra lib. 1. cap. 103. Idem si euincatur ex causa præterita, & primęua, aut ex causa superueniente irritatur, & secus est. Æmęd. à Ponte d. quæst. 39. num. finali. Interim autem antequã res euincatur, dominus dicitur pro consecutione laudemij habere fundatam intentionem, nisi emptor incontinenti offerret probationes contra auctorem suum. Idem Amęd. d. quæst. 39. num. 8.

4 Cæterum cum Emphyteusis † possit obligari, sufficit momento temporis eam fuisse penes debitorem, vt super ea possit contrahi hypotheca, id enim satis est in ea contrahenda. Rimin. iun. in §. 1. num. 115. in Inst. Per quas person. nob. adquir. Fœnut. De moment. temp. cap. 31. num. 9. c. fin. num. 5. & sequen. Gasp. Thes. lib. 2. Quæst. Forens. quęst. 16. num. 15. vbi

5 ait non esse culpandam † negligentiam creditoris, qui statim, ac audiuit debitorem decoctum, insurrexit cępitq; creditum suum petere, & licet dicat ibi fauore primi creditoris esse pronunciatum Romę, tamen tenet ipse opinionem pro creditore vigilante, qui exegit.

S V M M Æ.

1 Aetas difficilis probationis.
Aetas quibus modis probanda.
2 Aetas probanda per allegantem.
3 Aetas datione tutoris, vel curatoris an probetur, & num. seq.
4 Pro Iudicis decreto presumendum.
5 Temporis successu vbi fit mutatio, non rectè infertur de vno tempore ad aliud.
6 Aetas mobilis dicitur.
Aetatem perfectam satis est semel probari, secus in ætate minori.
7 Ex tempore præterito ad præsens, et contra possumus arguere in his, quæ nob. natura insunt. Declara.
8 Furiosus qui semel fuit, an præsumatur etiam postea fuisse.
Pretium momentaneum frumenti non spectatur.

C A P. LXXXIII.

De Aetate probanda.

1 ENumeratur † ætas inter ea, quæ sunt difficilis probationis. Bart. in l. de ætate num. 7. ff. de minorib. Menoch. De Arbitr. cas. 116. & seq. vbi agit de modis probandæ ætatis. Stephan. Gratian. lib. 2. cap. 312. nu. 25. lib. 3. cap. 555. num. 20. cap. 491. num. 18. lib. 1. cap. 155. num. 13. cap. 163. num. 5. & 6. Mascard. de probat. concl. 1200. num. 46. concl. 1226. nu. 2. concl. 1358. num. 9. concl. 1359. nu. 10. concl. 313. num. 14. & concl. 666. cum pluribus seq.

2 Est autem probanda per † allegãtem, siue agendo, siue excipiendo, veluti si quis dicat se minorem, vt contractus iudicetur nullus, vel rescindatur, vel cõcedatur restitutio in integrum ob minorem ætatem, & læsionem. Ios. Ludou. decis. Perus. 55.

3 Creditum autem est passim probari posse minorem ætatem † ex datione Tutoris, vel Curatoris non solum inter easdem personas, sed etiã contra tertium. Ios. Lud. d. decis. 55. num. 6. Quod procedit sine dubio alijs concurrentibus adminiculis, & dato Curatore cum causæ cognitione, & existente legitimo contradictore, quo casu res inter alios acta tertio præiudicat. Mascard. conclus. 675. num. 9.

Verum etiam sine alijs adminiculis, vbi curator datus sit simpliciter, &

& abſolutè non autem ad certã cauſam probari minorem ætatem contra quoſcumque tradit Menoch. De Præſumpt.lib.2. præſ.50.num.40.&
4 41. Præſumitur enim pro † decreto Iudicis.Stephan.Gratian.d.cap.155. nu.5.& 8. ſed debet interuenire plena cauſæ cognitio in iudicio contradictorio. Pacian. De probat. tom.2. cap.24. num.52.& ſeq. vbi conſulit, vt omnes generali proclamate citentur. Vide Gut. de tut. parte 2.c.19. num.24.& ſeq.

Eſt tamen hoc ita temperandum, vt procedat ſolum reſpectu eius temporis,quo datus fuit curator,non autem reſpectu ſequentium Menoch. loco citato. Neque enim ſequitur, tunc erat quis minor ob dationẽ curatoris, ergo etiam nunc minor eſt cenſendus, cum ob temporis interuallum fieri potuerit maior. Seraph. Oliu. decis.858. ſecus ſi ageretur de actu incontinenti ſecuto poſt dationem curatoris.

Ratio prædictæ declarationis eſt,
5 quia verſamur † in his quæ tractu temporis mutantur, ideo non rectè infertur de vno tempore ad aliud. argum. l.Spadonem §.qui abſolutus ff. de excuſat. tut. neque in his, quæ temporis ſucceſſu mutãtur valet argumentum à præterito ad præſens Gutier. De tut. 2.parte cap.19.num. 30. Dicitur enim ætas mobilis,cum
6 in † eodem non ſemper conſiſtat ſtatu, ſed infantiam pueritia excipiat, deinde pueritiam adoleſcentia, corroborata ætas, & ſenectus. Si ageretur de perfecta, & legitima ætate, ſatis eſſet eam ſemel probari,cùm immutabilis ſit, ſecus vbi agitur de minori ætate, quæ tendit ad perfectionem,vt ex Baldo, & alijs probat Stephan.Gratian.lib.1.Diſcept.Forenſ. cap.155. num 9.& 10.

In illis autem, quæ veluti ex ipſa natura hauſimus, naturaque dicun-
7 tur nobis ineſſe, ex præterito † ad præſens poſſumus præſumere,& contra. Exemplum in amore patris erga filios, niſi tamen id, quod natura inſitum nobis eſt, accidenti aliquo eſſet mutatum, nam tunc ceſſat præſumptio, vbi videlicet per longum temporis interuallum, & ſucceſſiua tempora talis mutatio in eodem permanſit ſtatu,neque enim tunc procedit præſumptio, ſecus ſi modico temporis interuallo arbitrio iudicis id eueniſſet, veluti ſi probetur aliquem momento temporis, & aliquo
8 die fuiſſe furioſum,† neq; enim præſumimus, ergo etiam poſtea furore fuit correptus. l. 1.ff. de curat. fur.l. pretia rerum.ff. ad legem Falcid.vbi non ſpectatur pretium frumenti momentaneum. Maſcard. de probat. concl.1225.num. 12. 16. & 18.

SVMMAE.

1 *Ob adulterium mulier priuatur dote, & alijs pœnis adficienda.*
Declara.
2 *Ob adulterium an poſſit mulier mortuo marito dote priuari.*
Diſtingue.
3 *Adulterium ad probandum cuiuſdam mulieris admiſſa per Senatum capitula.*
Vidua committens ſtuprum intrà annum luctus, quibus ſit priuanda.

CAP. LXXXIIII.

De muliere committente adulterium, vel ſtuprum, an priuanda ſit dote,& ijs, quæ à marito obuenerunt.

EXploſa iamdiu ſententia Camilli Plautij in rubr. C. de edendo, nimis fauentis muliebri impudicitiæ, receptum eſt mulierem ob adulterium dotis amiſſione mul-

mulctãdam. Menoch. de Arbitr. cas. 287. num. 11. & 12. & alijs pœnis puniendã, quamquam scriptum est à nonnullis temperandas esse tunc pœnas, quando longo temporis interuallo maritus ab vxore abfuit. Thes. quæst. Forens. 13. num. 9. lib. 4.

2 Sed quæstio est, an mortuo marito possint hæredes † mulierem dotem repetentẽ exceptione adulterij summouere. Latissimè hanc quæstionem examinat Peguer. decis. 93. Farinac. de delictis carnis quæst. 142. part. 2. num. 113. Gasp. Thes. lib. 3. Quæst. Forens. quæst. 98. vbi plures afferunt distinctiones. Illa huc pertinet, nam aut maritus viuens statim, ac resciuit vxorem suam adulterium commisisse, obijt, ita vt non potuerit eam accusare, & tunc datur hæredibus facultas agendi ad hanc pœnam amissionis dotis. idem dicendum, quando statim ipsa vxor interijt. Aut superstes fuit à die scientiæ, ità vt potuerit accusare, & secus est. Censetur enim maritus eam iniuriam remisisse. Farinac. d. quæst. 142. nu. 120. Thes. d. q. 98. num. 4. Senatus die 30. Aug. anni 1619. referente ampl. Senatore Con-

3 falonerio admisit capitula † contra N. nobilem mulierem, quæ viuente marito, & maximè post eius obitum intrà annum luctus adulterium, & stuprum dicebatur commisisse, licet enim traditum sit dote non priuari viduam committentem stuprum intrà annum luctus, tamen lucris, quæ habet à marito erit priuanda. Vide Cœual. in suo tract. Commun. contra commun. quæst. 708. Sanch. de matrim. libro 7. disput. 90. Farinac. d. quæst. 142. num. 47. & 54. Valenz. cons. 80. qui recenset ea, quib. vidua impudica est priuanda.

SVMMAE.

1 *Oblatio pecuniæ, & alterius rei debitæ quos producat effectus.*

2 *Oblatio debet esse realis, non verbalis, licet in nonnullis casibus verbalis sufficiat, & num. 3.*

Pecuniam solutioni paratam esse arguimus ex qualitate personarum.

Vsufructuaria offerens fideiussores, & se paratam confectioni inuentarij facit fructus suos.

Declara, & num. seq.

3 *Oblatio verbalis sufficit, parte repudiante. Offerre illi quis non tenetur, quem scit esse recusaturum.*

Oblatio fideiussorum per vsufructuariam quomodo facienda.

CAP. LXXXV.

De oblatione verbali, reali.

1 OBlatio pecuniæ, † pretij, pensionis, fideiussionis, cautionis, & in summa eius rei, quam tenetur quis præstare, plurimum prodest. Sistit enim cursum vsurarum, habet vim depositi, solutionis, excusat à caducitate, à pœna, à mora, moram inducit, impedit distractionem pignorum, parat actionem, liberat ab interitu, & periculo rei, efficit vt quis faciat fructus suos, & in summa varios producit effectus ita, vt offerens censeatur implere id, quod facere te-

2 nebatur, modò legitimè † fiat oblatio congruo loco, & tempore, neque sit verbalis, sed realis, statim facta numeratione pecuniæ, vel saltem oblatione effectuali, licet etiam in nonnullis casibus sufficiat verbalis oblatio. Doct. latiss. in l. acceptam. C. de de vsuris in l. si soluturus. ff. de solut. in l. quod te. ff. si cert. pet. Tiraq. De Retract. Conuent. §. 4. glo. 6. Capic. decis. 19. in princ. & in Syntag. Commun. opin. lib. 8. tit. 27. de solut. tom. 2. nu.

2. num. 1. & num. 41. cum. seq. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Foréf. cap. 325. num. 12. cap. 246. num. 18. & 21. cap. 241. num. 40. Polyd. Rip. sing. obseru. 169. Giurb. decis. 39. nu. 3. decis. 112. num. 23. Marisc. lib. 1. Variar. resolut. cap. 57. Ex professo tractarunt Pyrrhus Maurus Aret. & Vinc. Caroc. De oblationibus, vbi quæst. 12. recenset vtilitates oblationis. Menoch. De Arbitr. in addit. ad casum 232. Barbos. in l. si mora. 10. ff. solut. matrim. num. 45. & seq. Cęterùm ex qualitate personarum arguimus pecuniam solutioni paratã fuisse, exemplum in mercatore magno, qui pecuniam in promptu præsumitur habere, & incontinenti soluendam. Mascard. concl. 1168.

Si mulier igitur vsufructuaria offerat fideiussores, & se paratam ad confectionem inuentarij, non facit fructos suos, nisi realis sit oblatio, ducendo in iudicium fideiussores idoneos. Quo casu si aliquid obijciat proprietarius, ità vt per mulierem non stet, quò minus ex parte sua impleat, tunc fructus suos faciet, parte
3 enim repudiante † sufficit etiam oblatio verbalis, Borgn. De vsufr. num. 152. Marisc. d. cap. 57. in princ. Im-
4 mò verò nec † tenetur quis offerre illi, quem scit recusaturum. Gall. cons. 77. num. 50. Cost. De remed. subsid. remed. 121. num. 4. Crauet. cons. 83. num. 5. Surd. cons. 86. num. 18. alioquin oblatio verbalis non sufficit, nisi præ manibus sit res danda. Carol. Bardell. cons. 151. num. 5. Barbos. loco iam citato.

Verùm quod dixi nõ sufficere verbalem fideiussorum oblationem factam per mulierem vsufructuariam, nisi in iudicium adducantur, ita debet intelligi, vt sufficiat eo casu, quo mulier offert se incontinenti adducturam fideiussores, nam iste actus non potest vnico momento explicari. Vinc. Caroc. De Depos. part. 2. quæst. 7. num. 3.

Ego licet non videam, quare non possit fieri vno, & eodem tempore, & penè momento oblatio, & datio fideiussorum, tamen probo prædictam declarationem, cum paria esse censeam, mulierem præsentes habere fideiussores, vel paratam esse ad illos statim ducendos in iudicium. Si igitur proprietarius eos accipiet, incontinenti erunt adducendi ad iudicium, sin recusabit, neque steterit per mulierẽ, quo minus fideiubeat, excusata erit, & fructus suos faciet.

SVMMAE.

1 Alienationis prohibitio an simplex et absolutum inducat fideicommissum, an verò solum in casu contrauentionis.

2 Fideicommissum simplex, & absolutum inducit prohibitio alienationis, si post illam subiecta sit pœna, & clausula. Quia vult bona in familia cõseruari. Distingue.

3 Alienationis prohibitio, vestitur à causa non solum si statim adiecta fuerit, sed etiam si de ea appareat in aliqua parte testamenti.

4 Alienans contra testatoris preceptũ, ita eo iubente incurrit pœnam priuationis.

5 Alienare prohibitus nullum actum facere potest, ex quo sequatur alienatio. Potest tamen succedere ex fideicommisso.

6 Alienans contra prohibitionem testatoris, an impunè ferat, si statim reuocauerit alienationem.

O CAP.

CAP. LXXXVI.

De prohibitione alienationis, an simplex inducat fideicommissum.

NOn est q; in præsentia nauem meam committam vasto illi, vt appellant, Oceano, An videlicet
1 ex prohibitione alienationis†existat simplex, & absolutum fideicommissum, an verò solùm in casu contrauentionis, cum de ea ex professo tractent Gabr. De fideicomm. concl.9. Crass. in §. Fideicommissum quæst.5. Andr. Fachin. lib.4. contr. iur. cap. 49. Bertazzol. cons. 6. num.10. & 27. Morot. Resp.50.num.19. Gall.cons. 17.num.23. Mantic. De coniect. vltim. volunt. lib.6.tit.14. nu.24. Alb. cons.54.num.1. Surd. cons.67.num. 38. Odd. cons.65.nu.1. & seq. Surd. decis.238.nu.16. Stephan. Gratian. lib.2. Discept. Forens. cap.280. num. 25. & 28. Satis igitur erit, ea breuiter attingere quæ huc pertinent. Si
2 post prohibitionẽ alienationis †adiecta sit pœna contrafacientibus, & clausula, Quia vult bona in familia conseruari, tunc fideicommissum absolutum & simplex esse inductũ traditum fuit à quamplurimis Doctoribus, de quibus Cephal. cons. 544. num. 12. & 18. cons. 153. num. 60. Gabr. d. concl. 9. num. 24. Odd. d. cõs. 65. num. 15. & 16. Vide Gasp. Thes. lib.3. Quæst. Forens. quæst. 117.

Verum quia ab hac sententia dissentit Bursat. cons. 337. num. 62. lib. 3. & alij, de quibus Odd. d. cons. 65. num. 25. ideo distingnit ibidẽ Odd. num.43. hoc pacto. Aut pœna adijcitur statim post prohibitionem alienationis, postea subsequitur ratio. Quia vult &c. Aut adiecta fuit pœna post rationem prædictam. Priore casu inductum cẽsetur simplex fideicommissum. Ratio est, quia prohibitio alienationis non est nuda, sed vestita ex adiectione pœnæ. Doct. in l. filiusfam. §. Diui. vbi Rip. num. 22. Ratio igitur illa subiecta debet aliquid efficere, & ita inducere non solum fideicommissum in casu contrauentionis, sed etiam simplex, & absolutum. Posteriore casu secus est, cum tũc sufficiat vestiri nudam prohibitionem à causa sequente, & adiectio pœnæ respiciat causam. Laderch. cons.5. num.3. & cõs.92. num.1. Ve-
3 stitut †autem prohibitio à causa non solum si statim illi sit adiecta, sed etiam si appareat in aliqua parte testamenti eam esse positam. Petra De fideicomm. quæst. 1. num.77.

Cœterùm non tenet alienatio fa-
4 cta contra testatoris † præceptum, incurritque alienans, ita iubente testatore, pœnam priuationis Barz. decis.64. num.45. Peregr. cons. 35. lib.2. num.7. cons.44. lib.4. num.16. latè Bardell. cons.168. ita, vt prohi-
5 bitus alienare, † nec possit obligare, neque aliquem actum facere, ex quo sequi possit alienatio. Marzar. cons. 63. num.2. Odd. cons.82. num.16. Peregr. cons.15. num.29. lib.1. Bardell. d. cons. 168. licet non prohibeatur succedere ex fideicommisso, vt latè ostendere conatur Hond. cons. 72. num.11. lib.1. cons.69. nu.50. lib.2.

Sed quæstio exiitit. Quid si alie-
6 nans recuperauerit† rem alienatam, an ne illi impunè erit iam facta alienatio? Et Peregr. cons.36. num.7. lib. 2. existimat statim facta alienatione acquisitum fuisse ius vocatis, quod ab illis nequit auferri per redemptionem secutam. Quod procedit etiam si incontinenti fiat reuocatio alienationis. Carol. Bardell. d. cons.168. num.11.

Quam opinionem tam quam nimis duram, minimè amplector, vbi adeò modico tẽporis interuallo interie-

teriecto fuiſſet reuocata alienatio, vt voluntas teſtatoris non dici poſſet ſpreta. Hond.conſ.42.num.39.lib.2.

SVMMAE.

1 *Eccleſiaſtica res vltra triennium non locantur, nec valet pactum, vt de triennio, in triennium fiat renouatio locationis.*

2 *Locatio vna dicitur, & fraudulenta, quando fit pactum renouationis, de triennio in triennium. Et in totum eſt nulla.*

3 *Locatio rerum Eccleſiaſticarum contra Conſt. Pauli II. nulla eſt, etiam ſi adſit iuramentum.*

4 *Locatio rerum Eccleſiaſticarum facta in eodem inſtrumento pluribus perſonis, ſingulis in triennium, non valet.*

5 *Ad dotandam ſororem ſe obligaſſe cenſentur fratres, qui ſtatim poſt illius renunciationem dotem marito futuro conſtituerunt.*

Donatio ſi fiat plurib. perſonis in eodem inſtrumēto, an requiratur inſinuatio.

CAP. LXXXVII.

De prohibita locatione rerum eccleſiaſticarum vltra triennium.

Conſtitutione Pauli II. inter extrauagantes, De rebus Eccleſiaſticis non alien. Ambitioſæ, prohi-
1 bentur † res Eccleſiaſticę vltrà triennium locari, de qua Camill. Borrell. in ſumm. Deciſ. tit.16.

Solet huic Cōſtitutioni fieri fraus per locationes tres diſtinctas in triē-
2 nium ita, vt primo † triennio finito debeat renouari in alterum, & ſic deinceps. meritò traditum eſt, non valere huiuſmodi locationes, tamquā factas in fraudem. Imò dicitur vna locatio, cum incontinenti ſit celebratum inſtrumentum, & licet facta ſit diſtinctio, & mētio de renouatione, tamen reuera eſt vnica, & fraudulenta. Caroc. De locat. tit. De loc. ad cōgruum tempus quæſt.4. num.3. ita, vt in totum etiam pro primo triennio debeat cenſeri inualida. Franciſcus Beccius conſ.92. lib.1. num.13. 14. & 21. Didac. Couar. lib. 2. var. reſol. cap.16. num.4. Mantic. De Tacit. & ambig. Conuent. lib.5. tit.4. num.21. Stephan. Gratian. lib.1. Di-
3 ſcept. Forenſ. cap. 162. num. † 18. Addo locationem factam contra dictam Conſtitutionem iuramento nō firmari, vt latè probat Nicol. Garc. De beneficijs part.2. cap.1. num.83.

Immò verò licet facta ſit huiuſ-
4 modi locatio rerum † Eccleſiaſticarum tribus perſonis in eodem inſtrumento, reſponſum eſt nullius eſſe roboris, ſi videlicet facta ſit ſingulis in triennium, perinde enim ſtatuendū de huiuſmodi locatione, ac de illa, quæ facta fuit eidem perſonę in triēnium cum pacto renouandi, contractus enim incontinenti facti, cenſentur correſpectiui, & vnus contemplatione alterius initus, & quod ſtatim fit, cenſetur, pręcogitatum, & præordinatum, continuatioque contractuum arguit eundem finem, & idē propoſitum ac conſilium. Quamob-
5 rem ſi vno die ſoror renunciaui † hęreditati paternæ, maternæ, & patrui ipſis fratribus, qui ſequenti die conſtituerunt dotem futuro marito, cenſentur ex proximitate actuum ſe obligaſſe ad illam dotandam. Anch.cōſ. 434.num.3. Plura in hanc rem congerit Alex.conſil.50. num.8. libro 3. Conſ. ſing.250. in verbo Celeritas, & ſcripſi ſupra lib.1. cap.19. & hoc lib. 2. cap.34.

Prædictam ſentētiam latè probat Franc. Becc. d.conſ.92. num.6. & ſeq. Et Genuenſ. in Tract. Pract. Eccl. quæſt.354. exemplo donationis, quæ requirit inſinuationem, licet fiat plu

O 2 ribus

ribus personis, vbi sit celebrata in eodem instrumento, & excedat summam 500. solid.

S V M M AE.

1 *Instrumenta habentia paratam executionem, an eam pariter habeant respectu damnorum, & interesse.*

2 *Executio respectu principalis, conceditur etiam quo ad accessorium.*

Executio concessa respectu principalis, habet locum etiam quo ad damna liquidata.

Distingue, & Declara, & num. seq.

3 *Nullitas non impedit executionem instrumenti, nisi statim probetur.*

Falsitas instrumenti debet incontinenti probari, vt impediat eius executionem.

4 *Instrumenta, quibus tribuitur parata executio, etiam respectu eorum, quæ illis insunt virtualiter, debent executioni mandari.*

5 *Instrumentum non esse liquidum semper opponi potest.*

6 *Executio sententiæ, an possit impediri prætextu liquidationis faciendæ.*

Liquidatio debet fieri, antequam sententia mandetur executioni. Declara.

7 *Meliorumentorum exceptio impedit sententiæ executionem. Declara.*

Melioramenta liquida, & statim liquidanda sunt per locatorem soluenda, alias datur retentio. Senatus sententia.

CAP. LXXXVIII.

De liquidatione damnorum, & eius quod interest, an paratā habeant executionē.

1 VBi instrumentis tribuitur † executio parata, vt lege municipali Ticin. 6. & dixi lib. 1. cap. 11. quæri solet, an eadē executio tribui debeat respectu damnorum, & eius, quod interest. Qua de re latè tractat Carpan. ad Stat. Med. 42. num. 29. Tort. ad d. Stat. Ticin. 6. num. 61. Osasc. decis. 129.

Ego semper in praxi obseruaui, eam esse receptam opinionem tamquam veriorem, videlicet executionem concedendam esse etiam respectu damnorum, & interesse. Etenim
2 cum detur executio † principali, non debet denegari accessorio, vbi tamen accessorium, & ita damna fuerint liquidata. Hanc opinionem latiss. defendit Osasc. loco citato. Stephan. Gratian. lib. 3. Discept. Forens. cap. 444. num. 32. & seq.

Distinguunt nonnulli, an possit statim fieri liquidatio, an verò requiratur temporis interuallum, vt priore casu detur executio, posteriore secus. Verùm non probo in hoc casu hanc distinctionem, & ideo siue incontinenti, siue ex interuallo probetur id, quod interest, semper erit locus viæ executiuæ. Prædictæ autem distinctioni, & contrariæ opinioni esse potest locus eo casu, quo reus excipiat contra instrumentum, habens paratam executionem, & exceptio incontinenti probari non possit, sed requirat altiorem indaginem, nam tunc non admittitur, vt dixi d. cap. 11. Vide Crass. De Except. cap. 36. &
3 ideo † nullitas opposita instrumento habenti paratam executionem, eam non impedit, nisi statim probetur. Idem dicimus de falsitate, quæ incontinenti debet probari. Carpan. ad Stat. Med. 42. num. 65. & 66. lib. 1. At secus est in casu nostro, vbi actor petit executionem instrumenti, nam licet ex interuallo liquidetur, tamen agendum via executiua. Ratio discriminis est in promptu, nā fauore actoris tribuitur instrumentis parata executio, ideo non debet retardari prętextu exceptionis requirentis altiorem indaginem. Vbi aūt agit quis virtute instrumenti habē-

tis

tis paratam executionem, licet ex in tervallo liquidatio fiat, tamẽ exequi debet, quia id respicit fauorem actoris cuius fauore id fuit inductũ. Stephan. Grat. d. c. 444. num. 36. & seq. vbi num. 43. & seq. & cap 37. nu. 45. c. 115. num. 27. c. 445. num. 21. concludit hanc executionem tribui instru-
4 mentis,† etiam respectu eorum, quæ vi ipsa, & virtualiter illis continentur. Tenor. n. instrumenti dicitur quidquid illi inest virtualiter, & pro scripto habet. Vide Carpan. ad Stat. Med. c. 42. num. 4. lib. 1. Surd. cons. 201. num. 14. vbi infert ad multa. Stephan. Gratian. c. 183. nu. 37. vbi non requirit sñiam liquidationis, licet cõtradicat Surd. decis. 27. Semper autẽ
5 opponi † põt instrumentum non esse liquidum, vt dicitur de sñia, & ideo nulla erit executio, non facta liquidatione. Si condemnatus igitur fue-
6 rit quis † ad soluendum quantitatẽ, deductis fructibus liquidandis, non poterit mandare executioni sñia condemnatoria, nisi facta liquidatione, cum detur retẽtio ob illa verba. Deductis &c. M. Giurba decis. 60. nu. 1. & 3. & non sit liquidum, quinam fructus deduci possint. Verũ distinguit ibidem Giurba. nu. 17. & 27. Aut exceptio retentionis incontinenti põt probari, & tunc supersedendum ab executione sñiæ. Aut altiorẽ indaginẽ requirit, & tunc præstita cautione ab ea parte, q̃ obtinuit sñiam, mãdatur illa executioni, sine præiudicio causæ liquidationis, in ea reseruatæ.

Solet aũt remitti arbitrio iudicis, an quid possit incontinenti probari, nec ne. Becc. cons. 89. lib. 1. num. 19.

7 Sic ẽt exceptio† melioramẽtorum, ita demum impedit executionẽ sñię, si clara sint, & liquida melioramẽta, vel si incontinenti liquidari possint, secus si liquidatio altiorẽ requireret indaginem, nam in executiuis huiusmodi exceptiones requirentes altiorem indaginem reijciuntur, vt latè probat Pyrrhus Maurus Aretinus De Fideiuss. in Prælud. sect. 3. part. 1. cap. 13. alias 22. Quamobrem die 13. Oct. 1621. censuit Senatus dari retẽtionem conductori ob melioramẽta liquida, & infra tempus certũ liquidanda, pro alijs autem præstita per locatorem fideiussione de ijs soluendis, bona locata esse relaxanda.

S V M M Æ.

1 Statutum Mercatorum Mediol. vt quis non audiatur, nisi facto deposito. Constit. Mediol. in §. in casibus. De offic. Abbat.

2 Depositum licet quis teneatur facere, tamen secus est, vbi statim docetur eũ nil debere.

3 Depositi loco iussit Senatus præstari fideiussionem in forma depositi.

C A P. LXXXIX.

De Statut. Mercatorum denegante audiendientiam non facto deposito.

1 CAuetur Statuto † Mercatorum Mediolani, vt nõ audiatur quis, nisi facto deposito, & in tit. De offic. Abbatum in Nou. Const. §. in casibus non admittitur appellans ad prosequendã appellationem, nisi termino quatuor dierum depositum fecerit.
2 Vsu venire † sępè solet, vt cõdemnati offerant se velle stare libris mercatorum. Quæstio est, an debeant audiri, non facto deposito. Ego credo audiẽdos, vbi incontinenti potest apparere nil deberi mercatoribus, nũquam enim censetur reiecta probatio, quæ potest incontinenti fieri. Hæc fuerunt proposita, & examinata in Senatu pomeridiano in causa fratrum Prandonorum contra hæredem Io. Bapt. Marinoni, referẽte amplis. Senatore Parauicino die 18. Mart. 1620.
3 † Censuit aũt Senat. cũ multa propone-

nerentur, posse loco depositi prçstare Prãdonos fratres fideiussionẽ ĩ forma depositi, & hãc sufficere declarauit.

SVMMAE.

1 *Officialis non potest aliquem ob leuem causam carceri mancipare.*
Declara.
2 *Modica iniuria, & vulnusculum non puniuntur.*
3 *Relatio est facienda Senatui, vbi agitur de prohibita executione, etiam in causa ciuili, secuto vulnere.*
Declara.

CAP. XC.

De officiali, carceri mancipante aliquem ob leuem causam.

1 SI Officialis † ob leuem causam aliquem carceri mancipari iusserit, tenetur in syndicatu, nisi tamen incontinenti eundẽ contrario Imperio dimitti mãdauerit. Modici enim
2 temporis captura, † & detentio non est punienda, quemadmodum nec modica iniuria, nec vulnusculum habendum in aliqua consideratione. Peguer. decis. 82. Hanc ob rationẽ,
3 licet Iudices teneantur † relationem facere Senatui, vbi agitur de prohibita executione, etiam in casu ciuili, secuto vulnere, vt colligitur ex ordinibus Senatus diei 15. Ianuarij anni 1580. tamen secus est, vbi vulnusculum illatum fuit, vt sępe censuit Senatus.

SVMMAE.

1 *Super Matrimonio contracto, si pendet lis, non debet interdici carnale commercium.*
Declara, num. 4.
2 *Lite pendente nil nouandum, nam lis nec concedit, nec aufert ius.*
Cap. Laudabilem. Vt lite pendente.
Mulier non est sequestranda, lite pendente super matrimonio contracto.
Declara, num. 4.
3 *Vindiciæ dandæ secundum matrimonium.*
Pro matrimonio præsumitur, etiam si contra illud sit lata sententia, postea appellatione suspensa.
4 *Cap. Litteras De Restit. Spoliat.*
5 *Lex fin. C. De error. aduoc. Declaratur.*
Incontinenti quando dicatur facta probatio.
Error Aduocatorum quando noceat partibus.
6 *Arbitri statim eligendi.*

CAP. XCI.

De lite pendente super Matrimonio.

1 SI pendeat lis super † matrimonio contracto, non debet statim interdici carnale commercium, cùm nihil nouandum sit, pendente appellatione, neque debeat quis priuari sua possessione. c. Laudabilem.
2 Vt lite pend. Lis † nec concedit, nec aufert ius, & ideo perinde erit, ac si lis non esset mota. Non prohibendum igitur carnale commercium, ob verba illa d. cap. Laudabilem, videlicet, *Iure quod habet in altero priuari non debet.* Et ita permanebit idẽ ius, quod habebant coniuges ante litem motam circa petendum & reddendum debitum. Sanch. lib. 2. De Matrimon. Disp. 41. nu. 50. ver Sed nescio, & vers. Quòd expresse, ita vt nequeat mulier sequestrari. Lancellot. De attent. lit. penden. 2. par. cap. 4. num. 6. & 7. limit. 17. & declarat. 4. num. 10. Vindiciæ igitur, vt veteres loquebantur, secundum matrimonium, & coniugale commer-
3 cium † dandæ, nam pro eo prçsumitur, etiam si lata sit sententia contra illud, quæ sit appellatione suspensa. Gratian. cap. 468. lib. 3. Discep. num. 56. Neque verò obstat text. in c. Litteras

teras

4 teras de restit.† spoliat.nam germana responsio est, ibi carnale commercium non interdici, sed non fieri restitutionem quò ad copulā, quæ duo sunt diuersa. Non fit autem restitutio, quia probationes offerebantur incōtinenti, vt sentit. Abb. in d.cap. Laudabilem num. 4. Vide supra lib. 1.cap.4. num.4. Aut igitur probationes non offeruntur incontinenti, aut incontinenti offeruntur. Primo casu restitutio est facienda, quò ad cohabitationem, & quò ad thorum. Altero casu fit, quò ad cohabitationem, non autem, quò ad thorum. Sanch.d. Disput.41.num.50.in princip. Et hæc intellige quando ante litem motam est contractum matrimonium, & alterum non præcesserat. Vide Io. Franc.Castill.decis.85. numero 11. & 12. Incontinenti au-
5 tem † dicitur probari, si intrà triduū probatio fiat.Sanch.ibidem & lib.1. Disput.51.num.14. Sic exponitur in l.fin. C.de err. aduoc. licet enim error aduocatorum non noceat partibus, tamen si parte præsente errauerint, neque ea contradixerit statim, idest intra triduum, vel non appellauerit, nocebit. d.l.fin. Sic Arbitri
6 † illico, idest, intra triduum eligendi.l. fin. C. de iud. Verùm id procedit in prædictis casibus, & in alijs, quia præfinitum est tempus. vbi autem non est diffinitum, tūc erit locus arbitrio iudicis.l.1.ff. de iure delib.

S V M M AE.

1 *Appellatio datur à reiectione appellationis. Distingue.*
Appellatio datur a damno irreparabili.
2 *Auctoris opinio.*
L. 1. C. Quorum appellation. non recipiuntur.

C A P. XCII.

De appellatione à reiectione appellationis.

1 A Reiectione† appellationis datur appellatio. Capic. decis. 34. num.7. Affert enim huiusmodi reiectio damnum, quod dicitur, & est irreparabile, & præterea nisi daretur appellatio, facilè quilibet iudex redderet sententias inappellabiles.

Distinguunt nonnulli, aut appellatio incontinenti reijcitur, & procedit quod dictum est, Aut ex interuallo, post adhibitam causæ cognitionem, & secus est. Citatur in hanc sententiam text. in l. 1. C. Quorum appellat.non recipiuntur ibi *Negotio prius summatim perscrutato.* Bart.ibidem in fine.

2 Mihi † nunquam placuit hæc distinctio, quā etiam improbauit Ruginell. De Appellat. §.2.cap.3.num. 852.

Variè autem accipitur d.l.1.vt videre est apud Accur.& Bart. ibidem, referunturque verba illa *Negotio etc.* ad condemnationem, non ad appellationem: & casus est singularis in contumace verò, qui non appellat.

S V M M AE.

1 *Dominium difficilis probationis. Indicijs, & conjecturis probatur.*
2 *Dominium quibus modis probetur.*
3 *Fructuum perceptione probari dominiū.*

C A P. XCIII.

De probando dominio.

1 D Ominium cū† sit difficilis probationis, potest indicijs & cōiecturis probari. Menoch. De Arbit. cas.42. Stephan. Gratian. lib.1. Forens.Discep.cap.178.num.7.

Va-

2 Varijs autem modis † probatur. Mascard. de probat. concl. 536. cum pluribus seq. Steph. Gratian. lib. 3. Forens. Discept. cap. 526. num. 32. 37. & 468. num. 35. cap. 439. num. 49. Menoch. plene in additionibus, ad lib. 6. Præs. cap. 63. Inter cœteros
3 modos probandi dominij est † fructuum perceptio, modò ea perceptio non sit breuis temporis, sed illius, quod sufficiat, ad inducendum præscriptionem. Bart. in l. cum res, num. 11. C. de probat. Mascard. de probat. concl. 549. num. 11. Menoch. in citatis Addit. in nono modo probandi vers. Declaratur primo, pag. 52.

SVMMAE.

1 Mutuum esse debet gratuitum.
Pecunia res sterilis.
2 Mutuans potest ex post facto aliquid accipere à mutuatario. Declara.
3 Mutuans potest ex mutuo lucrum percipere, vbi pecunias ociosas apud se nolebat retinere, sed paratas habebat negotiationi. Declara.
In mutuo an possit initio taxari quantitas lucri.
Potentia propinqua lucri efficit, vt debeantur interusuria.
Potētia proxima actui habetur pro actu.
4 Auctoris Epistola, ad Io. Stephanum fratrem.
5 Fabius Bellonus I. C. auctoris frater laudatur.
6 Mutui Etymologia, deriuatio, allusio.
Ad mutuatarium pertinet periculum.
Ratio quæ.
Mutui diuisio in tres, vel quatuor species commentitia.
7 Mutuum vnicum est.
8 L. 2. §. fin. ff. si cert. pet.
Credendi verbum latè patet.
9 Possessio vnica, vel est bona fidei, & non bona fidei.
Officium Iudicis nobile, mercenarium, aduersarium. distinctio ab interpretibus conficta.
10 L. 2. §. mutui ff. si cert. pet. declaratur, & num. seq.
In creditum ire quid sit, & num. seq.
11 Functionem recipere quid sit.
12 Ratio vitiosa, quæ idem dicit, quod in expositione fuerat dictum.
Mutui datio in quibus consistat.
13 Magis, dictio, quandoque subauditur apud veteres I. C.
14 Auctoris Expositio.

CAP. XCIIII.

De Mutuo.

1 DEbet mutuū † omninò esse gratuitum, vsuraque committitur, si mutuo dans pecuniam, quę res sterilis dicitur Andr. Gaill. libro 2. Obseru. cap. 7. num. 2. Io. Coras. in suo libello Epist. Quæstionum, c. 10. inde aliquid percipiat commodi, vt latè explicat Peguer. decis. 32. Sūt ta-
2 men qui existimant satis esse, † si mutuans initio sit eius propositi, & consilij, vt nihil consequatur emolumenti ex eo contractu, posse tamen ex post facto à sponte dante aliquid accipere. Stephan. Gratian. Discept. Forens. 141. num. 16. Quæ sententia vera est, si non solum eo tempore quo mutuum contraxit, eius fuit animi, sed semper vsque ad restitutionem rei mutuo datæ in eadem perstitit voluntate, nam si statim post contractum mutui celebratum, vel etiam interiecto temporis interuallo de lucro faciendo cogitauit, cui cum inhiaret, mutuum non repetijt, vsuraria labe infectus fuit contractus. Peguer. d. decis. 32. num. 10.
3 Neque verò dubium quin † ex mutuo possit quis percipere lucrum, vbi pecunias statim erat occupaturus in emptionem fundi, vel paratas easdem actuali negotiationi habebat. Quo

Quo etiam caſu exiſtimauit Hond. conſ.41. num.40. & ſeq. lib.2. poſſe taxari initio lucrum, quod veriſimiliter poterat ex negotiatione, vel emptione fundi percipi. Qua de re latè agentem vide Farinac.conſ.15.nu. 10. & per totum. Theſ. Quæſt. Forenſ.lib.3. quæſt.71. Hond. conſ.38. & 39.& cõſ.30.& 50.lib.1. Sic debetur intereſſe mulieri empturæ fundum. Io. Caſtill. deciſ.61. num. 25. Propinqua igitur potentia, & facultas lucrandi efficit, vt debeãtur alicui interuſuria. Stephan. Gratian. lib. 2. Diſcept. Forenſ.c.302.cum in multis potentia proxima actui habeatur pro actu, vt ſcripſi lib.1. c.69. & Royz. deciſ. Lituan.3.num. 205.

4 Verùm cum mentio hoc loco † fiat mutui, volui Epiſtolam, in qua multa tracto de mutuo, & quam ad fratrem Io. Stephanũ Auguſtam Taurinorum miſi multis ab hinc annis hiſce meis lucubrationibus, qualeſcumque ſint, inſerere, quam pietatis profeſſione, vel laudabis Lector, vel excuſabis, vt in vita Agricolæ loquitur Tacitus. Plures apud me huiuſmodi legales Epiſtolæ ad amicos ſcriptæ deliteſcunt, quas iuuenis compoſui, neque luce vnquam dignas cenſui, licet exemplo Io. Coraſij, & aliorum ad eas emittendas precibus amicorum inuitarer.

Paulus Bellonus I.C.

Io. Stephano fratri, Legũ Candidato. S. P. D.

Auguſtam Taurinorum.

Acceptis litteris tuis, quibus eleganter, & ſubtiliter ea tractas, quæ in iuriſprudentiæ noſtræ tamquam penetralib. videtur deliteſcere, miro exultaui gaudio, haud minore, q̃ fuerit dolor ille acerbus, quem ex diſceſſu tuo ceperam ſuperiori anno. Siccine repente ex Iuſtinianęo milite factus es penè veteranus? Debes hoc ſecũdum Deum, ingenium,
5 & induſtriam tuam Fabio † fratri, quem ſi inter Principes Iuriſconſultorum huius ætatis licet admodum iuuenem, natũ videlicet annum vix vigeſimum ſextum, numerabimus, ꝓfectò nos haud fallet φιλαδελφία. Ab hoc, licet, & parentis, & meis, & aliorum votis ad lauream valde ſit expetitus, qua iam videris maturus, tamen *diſces quamdiu voles, tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias non pœnitebit*, vt quæ pater filio ſcripſit, ea ipſe cum fratre agẽs vſurpem. Redeo ad litteras tuas, quibus licet vix putem aliquid addi poſſe, tamen rem totam paulò accuratius ediſſerã, vt gaudere poſſis mirè inter nos conuenire. Et, cũ de mutuo tuus inſtitutus fuerit ſermo, non debet te ſolicitum habere quod tradit Paulus in l.2.§. appellata.ff.ſi cer. pet. & Iuſtin. in §. 1. Quibus modis re cõtrahitur oblig. nimirũ, ex eo eſ-
6 ſe † appellatũ mutuũ, q̃d de meo tuũ fiat, nã minimè puto reſpexiſſe I.C. ad originationẽ verbi, ſed potius ad ſignificatũ, voluiſſeq; hoc modo vim, & naturã rei nobis indicare. Quãobrem ceſſare debẽt turbæ illæ, quas nři excitare ſolẽt Interpretes circa etymologiã, deriuationẽ, alluſionẽ nois, cũ nobis ſatis eſſe debeat, veteres I.C. delectatos fuiſſe hac vocũ cõcinnitate in notandis quibuſcũq; rebus exẽplo ſit teſtm̃.§.1. De teſtam.donatio. l.Senat.31.§.3.ff.de donat. nouatio.l. 3.ff.de nouat.& ſimilia. Quambrẽ cũ de meo tuũ fiat, q̃d mutuo datur, inde conſequitur, vt ſemper periculum ad te, debitorẽ nimirũ pertineat, ſiue caſu, ſiue culpa amittat; nulla.n. mutui reddẽdi admittitur excuſatio, vt ſciãt hoĩes fidẽ vtiq; eſſe præſtãdam. elegãs rõ, de qua Petr. Ærod.lib.4.rerũ Iud. c.1.tit.1. ſatius eſt ẽt à paucis iuſtam excuſationem nõ accipi, quã

ab omnibus aliquam tentari. Illam autem commentitiam diuisionem mutui in tres, vel quatuor species, quam temerè nostri Interpretes in iuris prudentiam inuexerunt, rectè me iudice iussisti facessere, & ab eadem prorsus exulare. Quid enim æquè ineptum? Quod etiam animaduertit Nicolaus Bellonus gentilis noster in eiusdem § 1. interpretatione, num.6. Benedictus Pescionius, num.

7 5. Mutuum igitur vnum est, † aliæ species, confictæ à Doctoribus tantũ abest, vt mutui nomine sint appellãdæ, vt potius in alios contractus migrent diuersos, puta contractum litterarum, vel stipulationem. Nec cõmunem opinionem adiuuat d.l. 2. §.

8 fin. † dum ibi enunciatur verbis quoque credimus, idest stipulatione, nã verbum credendi latè patet l.1. ff. eo. tit. & in §. creditum eiusdem l. 2. Neque verò gratia docendi, quod de alijs diuisionibus dici potest à Doctoribus inuentis, hæc facta fuit diuisio, cum potius nebulas afferat rebus claris, confusione facta specierum, quæ inter se valdè differunt. licet igitur

9 putem vnicã esse possessionem, † nisi velimus eã partiri in possessionẽ, bonæ fidei, & nõ bonę fidei l. 3. §. genera, ff. de adquir. poss. tamen si quis eã scindat in naturalem, & ciuilem, non valde pugnabo. Nullibi etiam fit mentio apud veteres I. C. officij iudicis nobilis, mercenarij, & aduersarij, quæ officiorum genera sibi finxerunt interpretes in l. 1. ff. de iurisd. vbi Bart. num. 12. Dec. num. 24. Coras. num. 9. Et in citato libro Epist. Quæst. cap. nono, vt etiam animaduertit eloquentissimus Muretus ad l. 1. ff. de offic. eius. Verùm illarum distinctionum aliquis vsus esse potest, & in summa non confundunt species distinctas. At hæc mutui distinctio secum ipsa pugnat, ne dum cum ipsis legum initijs, & certis traditionibus veterum iuris antecessorum. Cœterùm quod attinet ad verba eiusdem §. mutui d.l. 2. nimi-

10 rum. *In creditum † ire, & recipere functionem in genere suo per solutionem, quam specie,* quæ plutibus exponunt. Alciat. lib. 2. Parad. c. 20. Vacon. lib. 3. decl. 46. Duar. lib. 1. Anni. Disp. cap. 4. Bell. lib. 1. supp. iur. cap. 4. & alij tum in d. §. mutui, tum in d. §. 1. Quibus modis re contr. oblig. vbi Pescion. num. 10. Balduin. num. 16. rectè ipse, omissis omnibus, veteris veteribus Iuriscõsultis, tamquam interpretibus. In creditum enim ire est mutuum contrahere. l. in nauem §. quęsitum. ff. locat. l. procuratoris 5. §. sed si dedi. ff. de tribut. l. 19. §. 5. cir-

11 ca finem. ff. Velleia. Functionem † autem dicuntur recipere res in genere suo, quæ vice mutua funguntur, & tantũdem præstant, vt idem Paulus loquitur in l. certũ. ff. si cert. pet. erit igitur sensus planus, & perspicuus, licet in mutuo transferatur in accipientẽ dominium rei mutuo datæ, tamen illi, qui transtulit, perinde cõsulitur, ac si rem mutuò traditam penes se retinuisset. sunt enim istæ res consistentes in pondere, numero, & mensura, quibus mutuum contrahimus, huiusmodi, vt recipiãt functionem in genere suo, idest cõmunicationem, dationem, redditionem, vsum, satisfactionem, & inuicem fungibiles sint, tantumque valeat vna, quantum altera, ideoque creditor non possit conqueri sibi inuito, aliud pro alio reddi, eaq; harum rerum est natura, vt si idem earum genus præstetur, liberatio contingat

12 debitori. Illud tamen turbare † videtur prædicta, nam vitiosa est ea ratio, quæ idem dicit, quod in expositione fuerat dictum. Auctor ad Herom. lib. 2. vitiosè igitur inquit I. C.

Mu-

Mutui datio conſiſtit in his quæ pondere &c. quia eorum datione mutuum contrahimus. Quamobrem Donellus de iure ciu. libro 13. cap. 9. verſ. Interdum, explicat, in creditum ire, ideſt, in genus quoddam mutui. Verùm ſi attentius rem totam voluerimus expendere, non meretur aliquã reprehenſionem I. C. etiam ſi eam, quam ſupra attuli, ſequamur expoſitionem: nam ratio vna tantum redditur illis verbis. *Quoniam &c.* vſq; ad verbum Nam. & ideo Vigl. num. 50. loco illius dictionis, Quia, reponit relatiuuum Quę, vel in creditum ire eſt mutuum contrahere, & licet idem ſignificet, tamen ſignificandi modus differt, voluitque notiore modo rem ſignificare I. C. cum in creditum ire ſit acquirere obligationem generis. Eſt autem phraſis illa vſitata *Per ſolutionem, quam ſpecie*, vbi
13 ſubauditur dictio † Magis. Anton. Auguſtin. lib. 4. emend. iur. cap. 8. vt nimirum huiuſmodi res in mutuo recipiant magis functionem per ſolutionem in genere, quam in ſpecie, vel in genere, non in ſpecie recipiant functionem. ea enim eſt vis huius dictionis hoc loco, vt non comparet, ſed eligat. l. 1. ff. cõm. diuid. Tandem non te celabo eam lectionem, & expoſitionem, quam de ſuperiore loco
14 docens tamquam † nouam in medium attuli, licet dubitans, & mihi ipſi diffidens, nimirum, *Recipiunt functionem in genere per ſolutionem, quàm ſpecie*, ideſt eam, quam &c. Cui non obeſt, quod in ſpecie non recipiant functionem, nam eodem vitio laborare videntur aliæ expoſitiones, Deinde (quia communi aliarum vitio hanc non debemus tueri expoſitionem) ſenſus fuit I. C. haſce res, in quibus mutuum conſiſtit, adeò ſimiles eſſe, & vnam fungi vice alterius, vt facta ſolutione in genere, perinde ſit conſultum creditori, ac ſi eadem met res in ſpecie mutuò data, eſſet reddita. Et licet nimis fortaſſe durus nonnullis videri poſſit hic loquẽdi modus, tamen minus mihi diſplicet nunc hęc expoſitio, cum eam probent clariſſimi legum interpretes, penes quos eãdem poſtea reperi. Sic interpretatur Viglius in eodem §. mutui. num. 56. Sic Auguſtinus Morla in proęm. ad tit. ſi cert. pet. num. 23. Hanc, ſi probat Fabius Frater, non dubitabo eius fretus auctoritate eandem, omnibus copijs, firmato animo tueri. Valete cariſſima capita, & tandem reddite vos nobis, patri, propinquis, & amicis: immò nos nobisipſis. Qui enim valere poſſumus vobis abſentibus, iſtis rumoribus, qui iſthinc ad nos perferuntur quotidie, iam non clam ſerpere contagionis malum, ſed palàm graſſari, debacchari? Vtinam hæc falſa ſint, & inanis ſit timor noſter, nec aliunde quàm ex amore, qui ſolet homines ſolicitos habere, proficiſcatur.

SVMMAE.

1 *Inſtrumentis, dum conficiuntur, multa addi ſolent, & demi, & num. 3.*
2 *Falſitas arguitur ex additionibus, & cancellationibus.*
3 *Falſi crimen ex additionibus & cancellationibus in matrice nõ poteſt argui. Immò potius ſuſpicandum eſſet falſum eſſe inſtrumentum, vbi in matrice nulla eſſent cancellationes, numero 4.*
4 *Cancellationes quando præſumuntur factæ à notarijs.*
5 *Notarij ſolent, quod in matrice ſcriptũ eſt, quandoque in alias tabulas ſtatim tranſcribere.*

C A P. LXXXXV.

De Cancellationibus, quæ fiunt in instrumentis.

1 DVm scribuntur † instrumenta, adduntur quandoq; multa, & quandoq; inducuntur, vel delentur. Ex additionibus, & cancellationibus
2 argui † solet falsitas. Qua de re latissimè agẽtem vide Farinac. De Falsit.
3 & simulat.q.153. Verùm falsi † crimen non põt argui ex eo, ꝙ quid fuerit deletum, additumvè in ipsa matrice, vt vulgo loquimur siue protocollo, alioquin nullum esset instrumentum, cui huiusmodi crimen non posset obijci, cum antequã inter partes conueniat, multa soleant addi, & minui. Farinac. d. quæst.153. nu.27.
4 & seq. immò verò † potius posset colligi falsi suspicio, si huiusmodi matrices sine cancellationibus omniq; litura, & macula carẽtes reperirẽtur, cùm vix possit contingere, vt mundæ exarentur, & cancellationes præsumantur factę statim ab ipsis notarijs ex consensu partium. Menoch. De adipisc. possess. remed.4. num.723. qui etiam cancellarionum mentionẽ faciunt. Solent tamen qñque notarij
5 † illud, quod in matrice, & breui illa adnotatione continetur, quę memoriæ causa fuit confecta, transcribere, & in alias tabulas referre absq; cancellationibus, & tunc instrumento illi est credendum, cum paria sint factã esse mentionem de cancellationibus, vel incontinenti omnia in alias tabulas fuisse trãscripta. Cęs. Manent. cons.61. num.84.

S V M M Æ.

1 *Domum alienam si quis vi introeat, habet locum lex Cornelia de iniurijs.*
2 *Iniuria grauis dicitur, quæ ad domum alienam fit. Extende, & declara.*
3 *Momentaneum non spectari. Habitatio momẽtanea nõ consideratur.*
4 *Dispositio loquens de habitatore, non habet locũ in eo, qui momento habitauit.*

C A P. LXXXXVI.

De introeunte vi domum alienam.

1 SI domus alicuius † vi fuerit introita, habet locum lex Cornelia de iniurijs l.5.ff.de iniurijs. Dici-
2 turq; iniuria † grauis, quæ ad domũ alicuius fit, arg. l. quod ait. §.1.ff.de adult. Farinac. quæst.105. num. 218. Quod procedit, etiam si domicilium non contraxerit quis, nam sufficit domum habitari, modò non momenti causa habitetur. Hic.n.est casus inter cœteros innumeros, vbi non specta-
3 tur † momentaneum Fœnut. De moment.cap.31.nu.23.d.l.5.§.si tamen. Habitatio igitur efficit, vt actione iniuriarum agi possit contra vi ingredientes domos alienas, modò non fit momentanea habitatio. Quamobrẽ
4 dispositio † loquens de habitatore, non verificatur in eo, qui per momẽtum habitat. Grammat. decis.87. Fœnut. De momento temp.c.31.in fine.

S V M M Æ.

1 *Horæ canonicæ recitandæ sine intermissione, & non omittuntur sine pœna. Breuis tẽporis interruptio non spectatur.*
2 *Temporis breue interuallum lex non spectat.*
3 *Mandatum non dicitur excedere, qui in modico excedit.*

C A P. LXXXXVII.

De horis canonicis sine interruptione recitandis.

1 HOræ † canonicæ, quę appellantur, non possunt impunè omitti. Menoch. de Arbit. cas.429. Immò sine aliqua intermissione recitandæ sunt,

ſunt, alioquin ſi quod intermedium in ipſa hora exiſtat, iterum à capite repetenda, & inchoanda. Quod ſi breuis temporis intercedat interruptio arbitrio confeſſarij, ſtatimq; reſumatur, non ideo minus dicetur continuata, neq; opus erit rurſus à capite eius recitationem arceſſere. ita ſcriptum reliquit ex multorum ſententia Gaſp. Theſ. lib. 3. quæſt. Forenſ. cap. 100. Neque enim ſolet lex breue
2 † temporis momentum, & interuallum ſpectare. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. lib. 3. cap. 413. num. 29.
3 Sic † etiam mandatum, cuius fines alioquin ſunt diligenter cuſtodiendi l. diligenter. ff. mand. nõ dicitur quis excedere, licet ſit tempore limitatũ, qui in modico excedit. Mantic. De Tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 15. num. 48. Fœnut. De moment. cap. 31. num. 24.

SVMMAE.

1 *Profeſſio in quacumque religione nulla eſt, & irrita, ſi fiat ante decimum ſextum annum expletum, vel ab eo, qui in probatione ſteterit minus anno. Ita cauetur Sacr. Concil. Trid.*

2 *Profeſſio an valida, vbi ſex horæ deficiunt ad complendum tempus requiſitum, & num. ſeq. vſque ad num. 8.*

3 *Dies termini in fauorabilibus cõputatur in termino.*

Profeſſio in religione aliqua eſt fauorabilis.

4 *De momento ad momentum quando fiat computatio. & num. 8. in fine.*

5 *Tempus vbi deſignatur per annum, tũc ſatis eſt vltimum diem eſſe cæptum.*

6 *Perfectionem ſignificant verba. Per annum, adiecta implemẽto temporis.*

Perfectum dicitur moraliter, quod parũ diſtat à perfectione.

7 *Aetas requiſita in ſpõſalibus, & in matrimonijs.*

8 *Auctoris opinio.*

CAP. XCVIII.

De Profeſſione faciẽda in aliqua religione.

1 Sacroſancto Concilio Tridẽtino cauetur ſeſſ. 25. cap. 15. vt † nulla ſit, & irrita quæcunque profeſſio in quacumq; religione, cui ſe dicare voluerint viri, vel mulieres, ſi fiat ante decimum ſextum annum expletum, vel ab eo, qui minore tempore quã per annum poſt habitum ſuſceptũ, in probatione ſteterit. Rot. Roman. deciſ. 591. part. j. vbi ait ſeruandam eſſe eam formam, & ideo incontinenti poſt ſuſceptum habitum facta profeſſio non valet. Adrian. Neguſant. quæſt. 80. num. 20. latè de profeſſione poſt annum. Quæritur ſi eodem die, quo veſtibus ſacris probationis gra-
2 tia † quis fuit indutus, profeſſionem fecerit, an valida ſit profeſſio, vbi puta ſex horæ deficiant, & credidit Stephan. Gratian. lib. 3. Diſcept. Forenſ. cap. 413. num. 16. validam eſſe.
3 Primò quia in fauorabilibus † dies termini imputatur in termino, ſi fauor id ſuadeat, vt ſcripſi libro 1. c. 94. num. 19. & ſeq. Atqui profeſſio in aliqua religione eſt fauorabilis. Sanch. De matrim. libro 7. diſput. 37. num. 12.

Secundo quia adiecta eſt hora ſuſceptioni habitus, quo caſu debet fie-
4 ri computatio de momento † ad momentum. Tiraq. De Retract. lignag. gloſſ. 11 num. 41. §. 1.

Tertio quia ſacroſancta Synodus ſtatuit terminum ab actu, id eſt poſt habitum ſuſceptum, non à die actus, quo caſu ſit computatio pariter de momento ad momentum. Tiraq. dict. gloſſ. 11. num. 24. Verùm hæ duæ rationes mihi non probant, nam ſi ſit computatio de momento ad momentum, non poteſt dici per annum aliquem ſtetiſſe in pro-

probatione, cum nōdum effluxerint omnes horæ anni.

Quarto est igitur ratio, quia agitur de modico tempore.

5 Quinto vbi † tempus designatur per annum, tunc satis est, vltimum diem esse cœptum. Castr. in l. si cui legetur. ff. de leg. 1.

Neque obest, quod illa verba. Per
6 annum † adiecta implemento temporis significēt perfectionem. Socin. in l. non putabam in princ. ff. de condit. & demonstr. quia respondetur illud dici moraliter perfectū, quod parum distat à perfectione. Sanch. de sponſ. & matrim. lib. 1. Disput. 16.
7 num. 4. vbi agit † de ætate requisita in sponsalibus, & in matrimonijs.

8 Ego in hac quæstione † sic responderem. Aut quærimus an valida sit professio, vbi annus est completus facta computatione temporis de momento ad momentum, & tunc crediderim valere, ob rationes supra allatas, secundo, & tertio loco, & tunc poterit procedere opinio Gratian. si horæ illæ sex deficiunt implemento vltimi diei, non autem anni, Aut facta eo modo computatione temporis, annus non est perfectus, & contrariam sequerer opinionem, tàm respectu anni nouitiatus, siue probationis, quàm respectu sexdecim annorum. Et hanc sententiam sequitur Sanch. de sponſ. & matrim. lib. 2. Disput. 24. num. 22.

Neque obest fauor religionis, quia immò fauor religionis videtur idipsum suadere, vt perfectus sit annus, & fiat computatio de momento ad momentum. Additur fauor ætatis minoris, quæ de momento ad momentum debet esse completa. l. 3. §. minorem. ff. de minor.

SVMMÆ.

1 Statuto vtens pro se, debet vti contra se.

2 Clericus si velit vti statutis laicorum pro se, debet etiam illis vti contra se. Quod procedit etiam in diuersis statutis. Declara num. 3.

3 Baldi opinio declaratur.

4 Adquisitio licet initio potuerit impediri, secus tamen est, vbi fuit perfecta.

CAP. XCIX.

De vtente statuto pro se, vt contra se vti pariter debeat.

1 NOn est ferendus † qui statuto aliquo vult vti pro se, non autem contra se. nimia est enim & non toleranda huiusmodi inconstantia, l. In causæ 27. ff. de procurat. ità vt res-
2 ponsum sit, nō posse clericum ijs † statutis laicorum, quibus non adstringitur, vti, nisi, cū omnibus suis qualitatibus ijsdem vtatur contra se ipsum. Crau. conſ. 802. num. 5. libro 5. Carpan. ad stat. Mediolani in Præludijs. num. 612. lib. 1. Tiraq. De retract. linag. §. 1. gloſſ. 13. num. 7. D. Tort. ad Stat. Ticin. 25. num. 7. Carol. Bardell. conſ. 119. num. 8. & 9. Solet autem Senatus Mediol. ex formula admittere Clericos ad gaudendum beneficio alicuius statuti, dummodo idoneum expromissorem dēt, qui statuti dispositioni in omnibus se subijciat, tàm contra se, quàm pro se.

Immò verò clericus vtens statuto vno pro se faciente, altero etiam diuerso vti est compellendus. Bald. in l. omni innouatione, num. 2. C. de sacroſ. Eccleſ. Socin. sen. conſ. 97. num. 3. libro 1. Hond. conſ. 78. num. 107. libro 2.

Quę opinio Baldi si vera est, eo tantum in casu sibi vendicabit locum, vbi vno, & eodem tempore quis vult vti

vti statuto aliquo, quod respicit fauorem suum, & alterum non admittit, neque enim debet recusare, quominus diuerso statuto vti debeat. At si statuto aliquo sit vsus, & postea têporis interuallo interiecto recuset alio statuto vti, non erit ad id compellendus, & licet compelli posset, tamen non esset ideo agendum contra eum, vt priuari debeat lucro iam antea quæsito, vt respondit Hond. d. cons. 78. num. 116. & seq. Exempli gratia Si Episcopus vsus sit statuto condito circa successiones, licet compelli posset, vt statuto diuerso de lucrandis quinq; in singulos centenos aureos stare debeat, tamen non poterit postea auferri ab eo lucrũ iam consummatum, & perfectè adquisitum, quamuis recuset stare alteri statuto, & ita res deuenerit ad casum, à quo non poterat incipere. Hond. ibidem num. 118. Demus adquisitionẽ
4 initio † potuisse impediri, tamen ea secuta, & actu consumato & perfecto, aliud est dicendum.

SVMMÆ.

1 *Reditus annuus an sit numerandus inter mobilia, an inter immobilia.*
2 *Immobilium appellatione, quænam contineantur.*
3 *Nou. Const. Med. in §. Collegijs. De pęnis.*
4 *Reditus annuus non est inter immobilia, vbi breui esset extinguendus.*
5 *Substitutio non comprehendit bona, non duratura in hæreditate.*
6 *Duratura modico tempore non considerantur.*
Alienatione prohibita possunt tamen alienari res modici fructus, & breui duratura.
7 *Ordo Senatus in materia niuis immodica.*
Niuem an teneantur recipere vicini deiectam de tectis.
8 *Ordinari potest quis ad beneficium, modo sit duraturum.*

CAP. C.

De annuo reditu, an sit res immobilis.

1 Ardua est disceptatio. An † reditus annuus in numerum bonorum mobilium, an immobiliũ sit referendus, de qua. Tiraq. De retract. consang. §. primo gloss. 6. num. 3. & 4. cum seq. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 29. & lib. 3. cap. 420. Quæ sępè occurrit in specie statutorum loquentium de retra-
2 cto rei † immobilis alienatæ. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 417. in verb. Immobilem lib. 1. & prohibentium res immobiles alienari in forenses
3 † §. Collegijs in Nou. Constit. Med. De pęnis, vbi idem Carpan. in verb. Rem immobilem, nu. 98. & in verb. Nec annuum reditum num. 116. vbi Nou. Constitut. ad tollendam omnem dubitationem in specie mentionem faciunt annui reditus, qui tamen etiam iure communi cõtinetur Immobilium appellatione iuxta pręd ictos, & maxime vbi rei immobili
4 inhæret, Verum aliud † esset dicendum, vbi non interiecto longo temporis interuallo esset reditus extinguendus, sed intra modicum tẽpus. Menoch. De Arbitr. cas. 233. Gratian. d. cap. 420. nu. 14. Cæs. Manent. cons. 21. num. 9. Andr. Gaill. lib. 2. obseru. 10. vbi ostendit in multis vtilitatem huius quæstionis, an videlicet reditus annuus inter mobilia, an inter immobilia debeat censeri.
5 Sic etiam substitutio † non comprehendit bona non duratura in hęreditate testatoris Stephan. Gratiã. lib. 5. Discep. Forens. cap. 481. nu. 52.
6 Item licet alienatio † prohibeatur, tamen res modici fructus poterit

rit alienati, & quæ intra breue tempus inutilis est futura. huiusmodi.n. rerum statim, vel intra modicum tẽpus extinguendarum non solet habe ri ratio. Hond. conſ.58.num.32. lib.
7 1. Similem ferè † ob rationem conditum fuit anno 1571. die 8. Ianuarij S. C. in materia inusitatę & inauditæ niuis. Etenim, cum ab omnibus ob ingens periculum de tectis deijceretur, fatiscentibus, & collabentibus ædibus, vicinique recusatent niuem recipere, licet iure seruitutis tenerentur aquam recipere, eã ob causam, quod statim aqua dilabatur, nix autem ad longum tempus duret, & proinde damno maximo adficiat vicinos, periculumque ædificijs ex ea in cumulum congesta, & glomerata, ac paulatim marcescente facilè creari possit: Senatus decreuit, vt stillicidiorum iura habentes, niuem possent quidem in domũ vicini immittere, modo eam statim, idest intrà biduum exportari curarent.
8 Sic licet quis † ad titulum beneficij ordinari possit, tamen secus in beneficio non duraturo. Nicol. Garc. De benef. prima par. cap. 2.

S V M M Æ.

1 *Inimicis non est fidendum, etiam secuta reconciliatione.*
2 *Reconciliatæ gratiæ infirma fides.*
3 *Inimicus repellitur à dicendo testimonio, ac etiam amicus inimici.*
Declara.
4 *Inimicus reconciliatus an sit idoneus testis.*
3 *Testis idoneus non dicitur inimicus, etiam si mille secutæ sint reconciliationes.*

C A P. C I.

De inimico reconciliato.

1 NOn esse † fidendum inimicis, reconciliatione etiam secuta, passim sermone omnium vsurpatur,
2 videtur enim infirma fides † reconciliatæ gratiæ.

Neque veros colores Lana refert medicata fuco, vt cecinit Poeta Venusinus.

3 Quamobrem non solum † inimicus repellitur à dicendo testimonio contra inimicum, vt docui lib. 1. cap. 75. ac etiam amicus inimici, vel saltem eius fides in dubium venit, si magna inter eos intercedat amicitia, frequens consuetudo, & antiqua, nõ autem paulò ante contracta, & leuis iuxta declarationes Farinac. in tit. De Testibus quæst. 53. num. 36. & seq. sed etiam non erit idoneus tes-
4 tis ille, quò cum secuta fuit † gratiæ reconciliatio. habetur enim pro inimico. Surd. conſ. 371. num. 16. Si modò depositio statim secuta est reconciliationem. Surd. ibidem, nam adhuc præsumitur durare inimicitia. Qua tamen in re plura relinquuntur arbitrio Iudicis, iuxta congesta per Farinac. d. quæst. 53. nu. 59. & seq. Clar. in §. fin. quæst. 24. vers. Sed quid si, vbi ait nunquam dici testem integræ fidei, & omni exceptione maiorem eum, cum quo secuta est reconciliatio, etiam si mille recõciliationes sint secutæ, vbi præcessit capitalis inimicitia. So ent ingenui, nobiles, & magnanimi viri, quos nõ sola iuuat vltio, facta pace omne prorsus odium, & nocendi voluntatem exuere, & non minori beneuolentia eos complecti, quibuscum in gratiã redierint, quàm inimicitias antea cũ eisdem exercuerint odio capitali. Sic Cicero alloquitur Cæsarem in orat.

Pro

Pro Deiotaro. *Nemo vnquam te placauit inimicus, qui vllas resedisse in te simultatis reliquias senserit*. Causa etiam irarum est spectanda, an fuerit huiusmodi, quæ ex animo deleri potuerit. Illud est præterea præ oculis habendum, quo vultu inita fuerit pax, quæ veræ pacis significationes sint secutæ, index enim animi oratio & vultus, licet nonnulli probè, immo improbè, & illam, & hunc ementiantur, aliudque in ore promptum, aliud in pectore clausum habeant, beneuolentiæ plena loquantur. & longè alia animo agitent. Quos Ego. Sed prudens iudex, hęc, & alia omnia, quæ diffiniri certis regulis nequeunt, æstimabit.

S V M M Æ.

1 *Testis idoneus an sit constitutus in peccato mortali. Distingue.*

2 *Pœnitentia solet omnem maculam peccati abluere.*

Iulius Aresius Senatus Mediol. Præses.

C A P. C I I.

De Teste reo peccati mortalis.

1 PAriter traditum est † non esse testimonij dictionem constitutis in peccato mortali, vel saltem plurimum de eorum fide esse detrahendum in causa criminali. Bertrand. consil. 203. num. 4. libro 7. quem refert. Clar. in §. fin. quæst. 24. vers. Quæro. Quod si verum esset, adeò facultas probationum, quæ extendenda est, in angustum cogeretur, vt prorsus de probationibus per testes faciendis actum dici posset. Verùm ita solet distingui. Aut agitur de peccato continuato, puta concubinatu, adulterio. Aut de momentaneo. Illud arcet peccatorem à dictione testimonij. Hoc nequaquam, nisi res sit in foro Ecclesiastico. Fœnut. de moment. tempor.
2 cap. 10. num. 41. Pœnitentia † tamen abluit omnem maculam, ita vt non sit repellendus pœnitens. Hanc sententiam sequitur d. quæst. 24. d. vers. Quæro Iul. Clar. vir sũmi ingenij & singularis doctr. auus maternus Illustrissimi nostri Præsidis, Iulij Aresij, cui tantum debeo, & tribuo, quantum hominem homini, Senatoré, Præsidi suo debere, & tribuere fas est. Addo Farinac. De Testibus quæst. 56. num. 298.

S V M M Æ.

1 *Vsufructuarius non soluit æs alienum testatoris, nec legata.*

Hæres quomodo soluat legata, & æs alienum testatoris.

2 *Vsufructuarius soluit legata annua. Declara.*

L. fin. §. fin autem legata. C. de bonis, quæ liberis.

C A P. C I I I.

De vsufructuario, an teneatur testatoris debita, & legata soluere.

1 LAtè patet ea quæstio. An vsufructuarius teneatur æs † alienum testatoris, & legata soluere. Et placuit hæredem, non vsufructuarium teneri. Quod tñ multipliciter extendunt, & restringunt Doct. in l. fin. ff. de vsufr. leg. Couar. li. 2. variar. resol. cap. 2. Menoch. De Præsumpt. lib. 4. nu. 143. Steph. Grat. lib. 3. Discept. Forens. cap. 585. nu. 15. & seq. Thes. Quæst. Forens. 32. lib. 2. Crau. cõs. 187. nu. 1. Bellon. cons. 7. Gall. cons. 4. nu. 1. & 26. Non tamen de suo soluit hęres, sed de hęreditate, siue bonis defuncti ita, vt ipse diminutioné patiatur respectu proprietatis, & vsufructuarius respectu vsusfruct. Borgn. de vsufructu nu. 211. & seq. Marifcot. li. 1. variar. resol. cap. 25. nu. 31. & seq.

2 Verùm cessant † prædicta in legatis, quæ non incontinenti, sed ex interuallo, puta intra annum, vel quolibet anno sunt soluenda. l. fin. §. sin autem legata. C. De bonis, quæ liberis, qui textus licet loquatur de usufructu, quem pater habet ex dispositione legis, tamen porrigitur ex cõmuni Doctorum sententia, etiam ad vsumfructum ex dispositione testatoris. Couar. d. cap. 2. num. 7. vers. Tertio. Thes. d. quæst. 32. num. 5. & 7. Legata igitur annua soluenda sunt per vsufructuarium. Quod ita est accipiendum, modo sufficiat vsusfructus. Crau. d. cons. 187. num. 1. Bellon. d. cons. 7. num. 6. Alb. cons. 506. num. 15. Surd. decis. 28. num. 6. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 62. nu. 32. Cost. De Remed. subsid. remed. 92. num. 2. vbi probat hoc casu vsufructuarium teneri ad solutionem, modo vsusfructus inutilis prorsus nõ reddatur, vel damnosus.

S V M M AE.

1 Separationis materia non est necessaria, facto inuentario.
2 Separatio petenda non facto inuentario, & quando petenda.
3 Separatio petitur etiam lapso quinquennio lite pendente.
4 L. 1. §. quod dicitur. ff. de separat.
5 Separationi quando sit locus. Distingue.
6 Senatus sententia. Origo debiti spectanda.
7 L. 1. §. illud sciendum. ff. de separat.

C A P. CIIII.

De Separationibus.

NOn valdè frequens est in foro materia separationis, de qua in Pand. & in Cod. tituli extãt præci-
1 pui. Illa, vt opinor, † est causa, quod creditum sit, ea nunc superuacanea esse, quæ de separatione bonorum à creditoribus impetranda tradũtur, facto inuentario iuxta Constit. Iustiniani, licet in contrariam discesserit sententiam. Ant. Fab. De error. Prag. Decad. 2. err. 2. Surd. Vide decis. 310.

Verùm etiam data communi sen-
2 tentia, materiæ † separationis esse potest locus, præsertim si inuentariũ non sit confectum, de qua sępè actũ fuit in Senatu, ex quo tempore in hunc ordinem allectus fui, & præcipuè in causa inter D. D. Romas, & DD. Carpanos. Est autem impetranda separatio incontinenti, id est antequam bona hæreditaria bonis hæredis mixta sint. Confusis enim bonis, & vnitis separatio impetrari nõ poterit, vt inquit I.C. in l. 1. §. Pręterea. ff. de separat. Sed secus est in prædijs, mancipijs, pecoribus, vel alijs rebus similibus, quę separari possint. Huiusmodi enim res, nisi perrarò, ita nequeunt contribui, & permisceri, vt impossibilem efficiant separationem. Verùm & in istis separatio post multum temporis nequit im-
3 petrari, id est post † lapsum quinquẽnium ab aditione numerandum. d. l. 1. §. Quid ergo, & §. quod dicitur. Pendente autem lite si lapsum sit quinquennium, adhuc poterit peti separatio. Gasp. Thes. Quæst. Forens. 55. lib. 3. num. 7. maximè coram supremis tribunalibus, in quibus spectatur æquitas. Neque vero probo illam expositionem Thes. de qua ip-
4 se pariter dubitat, quod videlicet † §. quod dicitur, procedat in hærede; non autem in creditoribus. Sic igi-
5 tur † est distinguẽdum vbi adita fuit hæreditas, quæ soluendo non est, sine confectione inuentarij. Aut lis est inter creditores hæredis, & defuncti. Aut inter creditores, & legatarios. Primo casu si vtrique nituntur hy-

hypotheca, nō eſt agendum de ſeparatione, cum creditores defuncti anteriores præferantur. Theſ. d. quæſt. 55. num. 6. Si verò creditor defuncti eſt chirographarius, & tunc impetranda eſt ſeparatio, alioquin potior erit creditor hæredis inter creditores igitur defuncti, & hæredis, obtinent quæ dicuntur de ſeparatione. Altero caſu non eſt de ſeparatione agendum, ſed erit locus l. creditoribus. l. quoties. ff. de ſeparat. l. ſi vniuerſæ. C. de legatis. Franc. latè deciſ. 246. & creditores erunt potiores. Et hanc ſententiam dubio carere credidit Senatus die 4. Iunij 1621. referente am
6 pliſſimo † Senatore Parauicino, & ideo cenſuit Romas quatenus haberent hypolhecam præferendos eſſe Carpanis, quatenus autem eſſent hypothecæ præſidio deſtituti, adhuc eſſe præferendos, cum Carpani venirent tamquàm legatarij. Illud dubiū faciebat, quod D. Iacobus Latuada hæres defuncti D. M. Antonij ſe obligaſſet erga Carpanos reſpectu legati. Verùm placuit attendi originē debiti, cū ea obligatio fuiſſet ſuſcepta p D. Iacobum citra nouationē. l. tutor. ff. de fideiuſ. Caſtr. conſ. 245. lib. 1. in fi. Grat. Diſcep. Foreſ. 34. nu. 28. & 33. Facit dec. Surd. 297.
7 Cœterùm in ſpecie † d. l. j. §. illud ſciendum exiſtimo nunc eſſe probandam nouationem, quę non præſumitur, l. fin. C. de Nouat. Neque obeſt l. 2. C. de ſeparat. quia illa eſt Gordiani, qui fuit ante Iuſtin. auctorem, d. l. fin.

S V M M AE.

1 *Iudex poteſt interrogari etiam cum iuramento ſuper cauſa ſuſpicionis. Declara.*
2 *Iudici non creditur in his, quæ pertinent ad fundandam illius iuriſdictionem.*
Iudici non creditur, quo ad ſuſpicionem ſui ipſius. Declara. num. ſeq.
3 *Iudicandi munus eſt neceſſarium.*
4 *Iudicis arbitrio remittitur, an cauſa ſuſpicionis ſit legitima.*

C A P. C V.

De Iudice aſſerente ſe ſuſpectum.

IVdex qui tamquam ſuſpectus fuit recuſatus, de quo ſcripſi libro 1. cap. 79. Menoch. De Arbitr. caſ. 152.
1 poteſt interrogari † ſuper cauſa ſuſpicionis, & tenetur reſpondere, etiam cum iuramento, vt probat Theſ. deciſ. 6. eſt tamen adhibenda cautio, nā quemadmodum iudici non creditur
2 † in his quæ pertinent ad fundādam illius iuriſdictionem, ita non ſtatur eiuſdem aſſertioni quoad ſuſpicionem, cum iudicandi munus quod eſt
3 † neceſſarium, non poſſit quis à ſe ipſo ſuſpicionis aſſertione abdicare. Steph. Gratian. Diſcept. 529. nu. 36. Io. Iac. Laurent. De Iudice ſuſpecto cap. 1. Quamobrem, ſi iudex incontinenti ante propoſitam recuſationem ſua ſponte dicat ſe eſſe ſuſpectum, nō erit illi credendum; ſecus ſi poſt eam propoſitam. Laur. dicto cap. 1. nu. 14. Verùm ſiue ſtatim, ſiue poſt recuſa-
4 tionem iudex aſſerat † ſe ſuſpectum, prudentis erit iudicis, cuius arbitrio multa committuntur in ſtatu coniecturali, vt ſtatuat legitima ne ſit cauſa ſuſpicionis, an ſecus. Non negauerim tamen minus credendum Iudici, qui ſtatim, & ante recuſationem dixit ſe ſuſpectū. Laur. d. c. 1. nu. fin.

S V M M AE.

1 *Lex vna non eſt altera potior, quando eodem tempore fuerunt confirmatæ.*
2 *Tutelæ onere reuocato, an cenſeatur ademptum legatum tutori relictum.*

CAP. CVI.

De gestis uno, & eodem tempore.

PLurimum referre, an quid fiat statim vno, & eodem tempore, an post ex interuallo apparet etiam ex his quæ scripserunt. Bart. Bald. Salic. & alij in l. 2. C. de testam. tut. ni-
1 mirum facta confirmatione † legum municipalium vno, & eodem tempore non esse vnam altera potiorem. Quamobrem respondet Surd. decis. 38. num. 26. licet reuocato onere tu-
2 telę † censeatur ademptum legatum relictum tutori, tñ secus esse quando simul in eadem scriptura datus fuit alius tutor, & confirmata legata relicta in priore testamento. Infinita in hanc rem similia possunt proferri.

SVMMAE.

1 *Inuentarium statim ab hærede, & tutore conficiendum.*
2 *Tutor etiam ex interuallo potest inuentarium conficere, antequam administret.*
3 *Inuentarij conficiendi tempus si fuerit lapsum, an purgetur mora.*
4 *Fidecommissarius an possit inuentarium conficere, vbi hæres illius confectionem omisit.*

CAP. CVII.

De purgatione moræ in confectione inuentarij, eoque per fideicommissarium conficiendo.

1 COnficiendum esse † inuentariũ à tutore, & hærede incontinẽti tradidi lib. 1. cap. 42. quod ibidem declaraui. Addo Osasc. decis. 58. Thes. lib. 3. quæst. Forens. quæst. 6. Borell. in summ. decis. tit. 32. num. 157. Io. Castill. decis. 80. nu. 34. vbi ait tutorẽ
2 etiam ex interuallo † posse inuentarium conficere, antequam administret. Si autẽ lapsum sit tempus pre-
3 finitum confectioni inuentarij † siue à lege, siue à testatore, creditum est à nonnullis, purgari posse moram incontinenti, re adhuc integra. Quam tamen opinionem non visus est probare Phanut. De Inuent. quæst. 238. num. 34. Ego eam admitterem, vbi modicum tempus esset lapsum, arbitrio Iudicis, & res esset adhuc integra.
4 Sed quæritur. An † fideicommissarius possit inuentarium conficere, vbi hęres illius confectionem omiserit. effectu enim fideicommissarius dicitur hæres, & ideo videbatur dicendum eum posse inuentarium conficere. Specul. De Instrum. edit. §. fin. nu. 18. Distinguit Porcell. De hæred. Inuẽt. quæst. 3. num. 24. Aut hæreditatis restitutio fit incontinenti, videlicet antequam effluxerit tempus illius conficiendi, aut ex interuallo. Primo casu fideicommissarius pôt, quia hæres poterat. (per incuriam enim typographi in eum locũ irrepsit negatio) Bart. in l. in ratione §. quod vulgo. ff. ad legem Falcid. nu. 10. Altero casu secus est dicendum. Quod est intelligendum, vbi fideicõmissarius vellet ex persona hæredis inuentarium conficere, vt illi prodesset. Etenim ex psona sua pôt id facere fideicommissarius, ẽt ex interuallo, lapso nimirum hæredi tempore ad illud cõficiendũ. Bart. & Porcell. loc. cit. Phanut. De hæredis inuent. quęst. 239. numero 50.

Verum Phan. citato loco, nu. 51. contra Bartolũ, Porcell. & alios existimat nõ licere fideicommissario ex persona hæredis inuentarium conficere. Phanutium tñ, illiusq; rationes reprehendit & refellit. Sebast. Montic. De hæredit. inuent. quæst. 236. num. 10. & præsertim eo casu, quo incontinenti hæres restituit hæreditatem,

tatem, neque ex ea quidquam attigit, & hoc ipse pariter sequor.

SVMMÆ.

1 *Transactionem rescindi ob enormissimam læsionem.*

2 *Transactio longo tempore obseruata difficilius rescinditur.*

3 *Transactionis confirmatæ ex interuallo, & iuratæ magna vis, & an possit rescindi prætextu doli, læsionis, & restitutionis in integrum.*

Iuramenti magna vis in transactione.

4 *Transactio inita per calumniam est nulla, & ideo non est opus rescissione.*

Declara.

5 *Fructus an debeantur à die transactionis initæ, vbi rescinditur, vel declaratur nulla.*

Fructus restituendi, vbi titulus redit ad non titulum.

6 *Senatus sententia in causa fratrum de Valentis, circa transactionem.*

CAP. CVIII.

De Transactione ex interuallo confirmata, & per calumniam inita.

Prǫualuit illa sentẽtia in foro post
1 longam disputationem. † posse transactionem rescindi ob enormissimam lęsionem, considerato dubio euentu litis. Peregr. cons. 73. vol. 1. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 26. tit. 9. nu. 29. vt scripsi sup. li. 1. c. 154. in prin. Peguer. decis. 202. quid quid subtiliter in contrarium scripserit Ant. Fab. De err. Prag. Decad. 8. err. 10. Aldou. cons. 70. nu. 71. cõs. 85. num. 22. & nuperrimè Gaspar Schifordegherus in suo opere, lib. 2. trac. 25. quæst. 1. 2. & seq.

2 Verũ difficilius † rescindenda erit, si non statim post eam initã, quis rescissoria agere velit, sed longo tẽpore post eã obseruatã. Mantic. d. c. 9. in fi.

3 Multo magis † idẽ dicendũ, si geminatus cõsensus expressus, maximè ex interuallo interuenerit. Aldou. d. cõsil. 70. nu. 95. Bardell. cons. 62. nu. 20. vbi ait transactionem iuratam, & ex teruallo confirmatam validã esse, licet nulla esset, & dolosa. Magna. n. est vis actus geminati, maximè ex interuallo, vt sępè dictum & repetitũ fuit in hac tractatione. Plura in hãc sniam congessit Cæs. Manent. consil. 68. nu. 16. cum plurib. seq. vbi probat secuta approbatione trãsactionis, vel alterius cõtractus maximè ex interuallo, etiam si contractus à minore fuisset celebratus, non posse eum amplius rescindi prætextu doli, lęsionis, restitutionis in integrum. Magna etiam vis iuramenti in transactione l. si quis maior. C. de transact. in quacumq; parte instrumẽti apponatur. Immo vires producit, etiã si ante vel post instrm̃ interueniat incontinenti Cæs. Barz. decis. 16. num. 21.

Non est porro dubitandum, quin nulla sit transactio inita per calumniam. l. in summ. in princ. ff. de cõd. ind. Vide Peguer. decis. 175. Quamobrem non erit opus rescissione, cũ ipso iure sit nulla. Quod intelligo mo-
4 do † calumnia sit euidens, & cuius probatio statim fieri possit, vt latè explicat Francisc. Becc. cons. 109. nu. 10. & seq. Mantic. d. tit. 26. cap. 8. num. 16. Inde illud consequitur, vt
5 fructus † debeantur etiam à die initæ trãsactionis, imperfecta enim fuit transactio, & ipso iure nulla, ob euidentem calumniam, & ideo cum titulus ad non titulũ redierit, fructus sunt restituẽdi. Manent. cons. 17. nu. 61. cum seq. Io. Francisc. Castill. decis. 14. nu. 19. vbi ex sententia Cagn. Molin. Gam. Turret. cons. 13. nu. 15. & cõs. 24. nu. 13. lib. 3. ait idẽ esse dicẽdũ, quoties adest læsio enormissima, vt tũc pariter restituẽdi sint fructus, cũ ea læsio inducat dolũ & nullitatẽ.

Qua

Qua de re vide Franc. decis. 119. nu. 19. Guttier. lib. 2. Pract. Quæst. cap. 135. Barg. De Dolo lib. 2. tit. De Dolo re ipsa, num. 48. Francisc. Marc. decis. 179. part. 1. Giurb. decis. 89. nu. 2. 20. & seq. Die Aprilis 1621. refe-
6 rente amplissimo † Senatore Trotto in causa fratrum de Valentis, Senatus declarauit nullam esse trãsactionem, non esse locum suppletioni, & fructus esse restituendos à die initæ transactionis. Multa autem in ea concurrebant, quæ tamen singula non leues patiebantur difficultates. Allegabatur enim minor ætas dictorum fratrum, mala fides aduersariorum, læsio enormissima, quæ probata fuerat, calumnia euidẽs, de qua tamen fuit dubitatum.

S V M M Æ.

1 *Gratia morte concedentis an expiret. Gratia interinanda in ditione Med.*

2 *Gratia solo verbo perficitur ità, vt reuocari non possit, & morte concedentis non expiret.*

Distingue.

3 *Interinatio quamobrem inuenta in gratijs.*

An fieri possit post mortem cõcedentis.

4 *Gratia concessa ad beneplacitum, an expiret morte concedentis.*

C A P. C V I I I I.

De Gratia, an morte concedentis expiret.

1 AN gratia morte † concedentis expiret sæpè venit in disceptationem. Actumq; fuit hac de re hoc anno in Senatu ob mortem Philippi III. Catholici Regis nostri: quæsitum enim fuit. An gratiæ, & priuilegia ab illo concessa possent interinari iuxta §. cognoscet. De Senat. §. litteræ gratiæ, De iure & priuileg. fisci. Quod fieri non posset, si morte expirassent.

Cõsiderãtur tres casus. Primus est, quid statuendum inspecto iure com
2 muni. Et censeo gratiam † solo verbo statim perfici, ita vt neque reuocari possit, neque morte concedentis pereat. Molin. De Hispan. Primog. lib. 2. cap. 7. num. 62. Boss. De Princ. num. 293. Mascard. concl. 845. num. 14. Camill. De Larat. cons. 2. num. 2. 43. & 46. cons. 87. num. 40. cons. 106. num. 12. & 13. Mastrill. De Magistr. lib. 3. cap. 7. num. 58. Et ad indult. Gen. cap. 2. num. 21. & 22. Menoch. cons. 1193. Cost. cons. 19. num. 8. & latè distinguendo tradit de re integra. Distinct. 7. & 8. Borell. de Edict. Magistr. lib. 2. cap. 10. num. 27. M. Anton. Resol. 74. lib. 1. num. 9. Fachin. lib. 5. Contr. cap. 100. Bolog. cons. 2. Guttier. lib. 2. Pract. Quæst. quæst. 75. Fontanell. De Pact. nupt. clausf. 4. gloss. 13. part. 1. num. 38. Rot. Roman. in nouiss. par. 1. decis. 47. nu. 15.

Verum solet distingui. Aut agitur de priuilegijs, quæ statim effectum suum consumunt, & quibus conceditur ius formatum, veluti dominiũ, & vsusfructus, & tunc non possunt reuocari. Aut de ijs quæ habent tractum successiuum, vt in concessionibus negatiuis, quod videlicet quis non teneatur ad solutionem onerũ, & illa possunt reuocari, cum effectũ consumant de die in diem, vel de anno, in annum. Castr. cons. 229. lib. 1. Cost. dict. Distinct. 8. num. 5. Idem dicendum esset de concessione pensionis, quæ tractum habet successiuum, nam videtur de anno, in annũ, vel de semestre in semestre perfici. Verum ego contrarium sentio, vbi constat initio perfectam esse gratiã, & priuilegium validum, complectẽs sequentes annos, nam & pro illis seruandum.

3 Secundus est, quando † requiritur interinatio, vt in hac ditione, quæ sta-

statim, idest intrà annum debet fieri, & adhibenda est cognitio, an preces veritate nitantur, an è re Principis, & publica sit, priuilegia approbari. Gasp. Thes. lib. 1. Quæst. Forens. q. 4. Rol. cons. 61. lib. 3. Sol. in cõst. Antiq. Sabaudię, tit. De Indulg. remiss. & gratijs, glo. vnica, num. 12. & De Interin. Cost. dict. dist. 7. Et eo pariter casu interinari posse post mortem concedentis scripsit dicto loco Sola. Et ideo Senatum Delph. sine causa dubitasse apud Marc. decis. 513. Accedat Crauet. cons. 999. Illustriss. Tusc. in suis Pract. conclus. in verb. Gratia conclus. 68. num. 20. Verum sunt in huiusmodi casibus ponderanda verba, quibus iubentur Magistratus interinationem facere, nam si ea respicerêt effectum, & executionem gratię iam perfectę, vel etiã si essent, vt loquimur, resolutiua, vbi gratia non esset approbanda, tunc vendicaret sibi locum prædictorum opinio, secus si gratia suspenderetur, vel etiã fortasse si ambigua essent verba, quæ in vnum, & in alterum sensum trahi possent, nam tunc gratia ab interinatione perfici diceretur, licet dici posset quoad concedentem durare.

Tertius proponitur casus, quando
4 gratia fit † ad beneplacitum. Tunc vtimur ea distinctione. Aut fit sub nomine dignitatis, & non expirat morte concedentis, aut nomine proprio, & secus est. c. si gratiosè de rescriptis. lib. 6. Vide Capyc. decis. 136. Barbos. hac de re latiss. agentem in l. quia tale num. 78. 90. & seq. ff. soluto matrim. Guttier. l. 2. Pract. quæst. quæst. 74. Bologn. cons. 2. num. 10. Pegr. cons. vnico post tract. de iure fisci, num. 47. Purpur. cons. 433. nu. 6. volum. 2. Fabium de Anna consil. 14. Matt. De Clausulis. part. 2. clau. prima. Peguer. decis. 227. Verum vsu est receptum, vt priuilegia concessa, etiam ad beneplacitum, non expirent morte concedentis. Andr. Gaill lib. 2. obseru. cap. 60. num. 15. Regnerus Sixtinus De Regal. lib. 1. cap. 6. num. 44.

SVMMÆ.

1 *Procurator tenetur statim mandatum ostendere.*
Actor debet statim iudicium fundare.
Agens nomine alieno, debet statim ostendere facultatem, quam habet.
2 *Delegato non est credendum, nisi statim litteras delegationis ostendat.*
3 *Executionis litteras debet quis incontinenti ostendere.*
4 *Ex sententia agens, in promptu illam debet habere.*
5 *Allegans priuilegium, immunitatem, clericatum, statim debet probare.*
6 *Cessionarius debet statim cessionem ostendere. Declara.*
7 *Instrumenta an statim producenda.*
8 *In beneficialibus, non impedit quis executionem sententiæ, nisi doceat sua interesse.*
9 *Actione destitutus, quando possit agere.*

CAP. CX.

De Actore, quid teneatur statim probare.

Si quis agat tamquã alterius pro-
1 curator, & incontinenti † non ostendat mandatum repellitur ab agendo, idem dicitur de eo, qui per litteras rescissionis agit, & in summa non auditur quis nisi statim in ipso limine iudicij ostendat ea omnia, quibus vult iudicium fundare. l. licet C. de procurat. c. 1. de procurat. Rebuff. in tract. De litter. dilat. art. 3. gloss. vnica num. 7. & 12. Idem dicitur de tutore, Curatore, Syndico, œconomo, & alijs agentibus nomine alieno. Rebuff. ibidem num. 16.

2 Sic delegato † non est credendum, nisi statum ostendat litteras delegationis.

tionis.c.cum in iure. De offic.deleg. Rebuff. d. glos. vnica,num.4.

3 Non debet quis † exequi litteras executionis, nisi illas statim ostēdat. c.veniens. 2. de testibus.l.prohibitū. C. de iure fisci.

4 Qui agit ex sententia † in promptu eam debet habere.d.cap.veniens.

5 Priuilegium † allegans, immuninitatem, vel clericatum, incontinenti debet eū probare. Rebuff.in tract. de litte. obligat. art.11. num.112.& d. gloss. vnica,num.13.

6 Cessionarius † si agat nomine cedentis, statim cessionem probare debet. Si suo nomine, & vtili actione, agat, potest eam exhibere post litem contestatam. Osasc. decis.58.num.3. & 4. Surd. cons.269. num.25.

7 Mentionem faciens † instrumenti, vel de actis relatiuè, ea debet incontinenti producere ante litem contestatam, secus si in modum probationis eorum faciat mentionem. Doct. in auth. si quis in aliquo C. de edendo. Rebuff. d. glos.vnica.nu.15.

8 Non admittitur † quis in beneficialibus volens impedire executionē sententiæ, nisi doceat incontinenti sua interesse. Abb. in d.c. veniens.2. Rebuff. d. gloss. vnica, num.19.

Eadem pacto dixi cap.10.' De Dilationibus moratorijs,eum,qui litteras quas status appellant, allegat, promptam habere debere earū probationem.

9 Vulgatum est † non esse aliquem audiendum, nisi statim doceat se actionē habere, destitutus enim actione à limine iudicij repellitur, nisi incontinenti in ipsa videlicet litis contestatione oritura esset actio.l.si Titius.ff.de verb. oblig.

SVMMAE.

1 Parturiens morti proxima.

2 Ob parturientem vxorem excusatur aduocatus, qui in rem præsentem, vt constituerat, non venerit. Idem si breui est paritura, num.3.

3 Octauius Augusti pater, qua excusatione sit vsus, quod serius in Senatum venisset, cum ageretur de coniuratione Catilinæ.

CAP. CXI.

De Parturiente.

1 Parturientem morti proximam esse, non vno in loco scriptum legimus, & quotidianus rerum vsus optimè docet, & maximè si primus edendus sit partus, iuxta illud Terentij, *Nec satis digna, cui committas primo partu mulierum*. Quamobrem Polyd. Rip. refert, parturientes in numerum earum, quæ dicuntur constitutæ in articulo mortis, in suo libro De Act. in art. mort. cap.1.num.32. Alciat. in l. nō est pupillus.ff.de reg.

2 iuris. † Excusabitur igitur aduocatus, cui vxor sit parturiens, si in rem præsentem, vt constituerat, non venerit, cum valetudinaria sit puerperarum conditio, morbisque periculosis obnoxia itā, vt huiusmodi feminæ dicantur esse in vitæ discrimine constitutæ, vt iam dixi l. quæritur §. puerperam.ff.de ędil.edicto. Memo-

3 riæ † consignatum est, Octauium Augusti patrem, non alia excusatione vsum fuisse, quod serius in Senatum venisset, cum de Catilinæ coniuratione ageretur, quam puerperio vxoris. Tranquill.in August.cap.94. Quod ad eum potest extendi, cuius vxor sit intra breue tempus paritura.arg.l 2.§.si quis ff.si quis caut.l.penult.ff. de milit. test. Ian. Langl.lib. 1. Semestr. cap.2.

SVMMAE.

1 Honoris tuendi gratia incontinenti, ac etiam ex interuallo multa concedi.

Exem-

Exemplum.

2 *Incontinenti, vel ex interuallo quid dicitur factum arbitrio iudicis.*

C A P. CXII.

De iniuria vindicanda statim.

1 NOn solum † pro tutela corporis, & bonorum, & honoris multa fieri concedũtur incontinenti, vt dixi supra lib. 1. cap. sept. num. 12. Verum etiam ex interuallo factum pro tuenda existimatione excusandum, vbi non longum intercessit interuallum, & periculosum erat statim illam defendere. Veluti si Titius armatus sclopo iniuria afficiat Sempronium ense rãtum armatum, ità vt non possit Sempronius sine vitæ periculo iniuriam repellere statim. interuallum enim temporis cõ-
2 ceditur, cum dicatur quid fieri † incontinenti, vel ex interuallo arbitrio iudicis, iuxta qualitatem iniuriæ, facti, & personarum, Peguer. decis. 68. num. 40. & 41.

S V M M Æ.

1 *Conuentiones inter Principes, & populos finitimos circa bannitos tradendos.*

2 *Bannitis capientibus, & interficientibus solent præmia tribui edictis Principum.*

3 *Bannitos capientes, & interficientes in alieno territorio non puniuntur in loco bannietis, sed immo præmijs adficiendi.*

4 *Bannitum capiens, vel interficiens in alieno territorio, potest ibi puniri.*

Territorium alienum præstat bannitis securitatem.

5 *Bannitus captus in alieno territorio restituendus.*

Senatus sententia, num. 8.

6 *Argumentum an valeat. Licet occidere, ergo multo magis capere.*

7 *Bannitos capere plus est, quam repertos in ipso crimine persequi.*

8 *Remissiones delinquentium, & bannitorum an fiant.*

Regula illa, Dolo facis, &c. non procedit in spoliatis.

C A P. CXIII.

De bannito per vim ab vno territorio in aliud, à quo erat bannitus, conducto.

1 SOlent inter finitimos † populos, & Principes iniri conuentiones, & fœdera sanciri, vt banniti in certis casibus, qui grauissimi sunt, inuicem tradantur puniendi ità, vt ab vno territorio banniti, nequeant in alio tutò commorari. Clar. in sua Praxi crim. quæst. 38. §. fin. vers. Hoc
2 tamen. Edictis † etiam Principum, vt dixi supra Cap. xj. conceduntur pręmia bannitos capientibus, vel occidentibus.

Accidit autem ſępenumero, vt nonnulli vel præmio allecti, vel liberationis suæ consequendæ cupiditate, vel priuato, vel publico bannitorum odio impulsi huius ditionis bannitos ob prædictos casus exceptos, in alienis capiant, vel interficiant territorijs priuata auctoritate.

Quod vbi contingit, plura veniunt in disceptationem, cum capientes, non solum impunè se id posse facere, sed etiam præmia sibi deberi existiment, dominique territorij, vbi bannitus est captus, capientes puniendos esse contendant, captumque repetant.

3 Et sanè † in loco bannientis non possunt puniri interficientes, & capiẽtes bannitos in alieno territorio. Sed imò debentur illis pręmia. Boss.

R De

De foro compet. num. 63. Farinac. quæst. 103. num. 213. 216. & 218. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, nu. 270. cum seq.

Multo magis idem dicendum inspectis verbis illis edicti, videlicet; *Et se l'ammazzarà così dētro, come fuori dello stato &c.* In alieno territorio
4 in quo † bannitum interfecerunt, vel vnde illum vi abduxerunt, cum illud violauerint, puniri possunt. Boss. d. tit. De foro compet. num. 63. & 69. Alienum enim territorium præstat securitatem, & ideò neque capi potest bannitus in eo, neque interfici impunè. Farinac. quæst. 7. num. 40. & dicta quæst. 103. num. 208. Boss. tit. Banniti quid amittant num. 5. & De Cap. num. 34. Roland. consf. 60. nu. 9. lib. 2. Clar. quæst. 96. vers. Sed quid si late Caball. resol. crimin. 261.
5 Sed an ne † captus erit restituendus? & inspecto iure communi iuxtà prædictos, & maximè congestos per Caball. dicta resol. 261. est restituendus. Farinac. quęst. 7. num. 40. & seq.

Dubium oritur ex verbis edictorum, & fœderum.

Primò enim cum licitum sit bannitum interficere, multò magis comprehēdi poterit in alieno territorio.

Secundò iuxtà fœdera licitum est persequi deprehensos in fragranti crimine in alienum territorium se recipientes.

Tertiò, Cum banniti in casibus exceptis iure communi sint remittēdi ad bannientes, & disertis verbis fœderibus id ipsum caueatur, dolo faciunt, qui petunt captum, quem statim sunt restituturi.

Verùm contrarium uisum est ob prædicta.

6 Non obstat primum, quia † non rectè arguitur hoc casu à maiori, ad minus ob diuersam rationem discriminis, nam bānitus interficitur priuata auctoritate, & temporis momento, captiuitas autem habet tractum successiuum, &, si non fieret restitutio, præstaretur publica auctoritas per iudicem bannientem actui lędenti alienam iurisdictionem, non solum in ipso actu, sed etiam successiuè per ratihabitionem & retentionem, cum in ipsius iudicis esset potestate captum reddere.

Non est licitum igitur eo modo arguere in lædentibus alienam iurisdictionem.

Nec obest secundum, quia minus
7 est persequi † repertos in ipso crimine, quam capere bannitos. Gomes. tom. 3. cap. 9. De Capt. reorum. nu. 6.

Tertium tollitur, tum quia hodie
8 ex consuetudine non fiunt † remissiones Clar. dicta quæst. 38. vers. Hoc tamen Caball. resol. crim. 262. num. 10. Farinac. quæst. 7. num. 29. & seq. Vide Peguer. decis. 2. tum quia regula illa, Dolo facis, &c. non habet locum in spoliatis. Roland. & Caball. num. 13. locis citatis.

Solet Senatus mandare, vt restituantur capti ad purgandum spolium, & repetātur vi fœderum. Sed vitatis inanibus circuitibus, Principes, qui cognoscūt nobis deberi huiusmodi bannitos, & scelestos homines, relinquunt eos nobis puniēdos.

SVMMAE.

1 *Minoris confessio, in criminalibus non valet, nisi accedat auctoritas tutoris, vel curatoris. Quod vsu nunc non recipitur.*
2 *Confessio minoris nulla, etiam interueniente curatore, vbi statim, ac fuit datus, præstitit auctoritatem.*
3 *Cognitio causæ vbi est necessaria, ibi statim factum reddit actum nullum.*
4 *Laudum statim post compromissum latum est nullum.*
5 *Festinatio iustitiæ nouerca.*

CAP.

C A P. CXIIII.

De curatore dando minori in criminalibus.

LAtè probat Farinac. De Reo cóf. & conuict. quæst. 81. cap. 10. non
1 valere minoris † confessionem in criminalibus, nisi accedat tutoris, vel curatoris auctoritas; neque enim minor habet legitimam personam stādi in iudicio l. clarum. C. de auct. præst. cum similibus. Sed nunc inualuit consuetudo, vt sine curatore valeant cōfessiones minorum. Clar. in sua praxi criminali quæst. 50. in princ. & quæst. 55. vers. Vlterius potest. Farinac. d. cap. 10. num. 370. Ios. Lud. decis. Lucens. 17. num. 6. Vbi autem opus esset Curatore, tunc ad-
2 huc † nulla erit confessio, incontinenti interueniēte curatore, posteaquam fuit datus, interuallum enim tēporis requiritur quo potuerit causę cognitio adhiberi. Farinac. loco citato, num. 361. Neque solum in tutoris, vel curatoris auctoritate id re-
3 ceptum, sed in alijs † quibuscumque actibus, in quibus opus est causæ cognitione, vt non valeant, nisi tātum temporis interuallum intercesserit, intra quod cognitio causæ potuerit adhiberi. Benint. decis. 2. num. 6. La-
4 derch. cons. 98. num. 9. vbi agit † de laudo, lato statim post compromissum. Laur. de Iud. susp. cap. 7. num. 130. Camill. Borell. in summa Decis. tit. 63. num. 233. latè scripsi hac de re in lib. 1. cap. 32. vbi iustitiæ, & scien-
5 tiæ nouercam appellari † dixi festinationem ex Platone. Ian. Langl. lib. 11. Semestr. cap. 2. pag. 708. Aldouin. cons. 20. nu. 91. Valenz. cons. 6. nu. 32.

S V M M AE.

1 Infamis an efficiatur condemnatus ob crimen, quod infamiam inurit, vbi augetur, vel minuitur pœna.

2 Infamibus dignitatum aditus obsepti.

Pœna augeri possunt & minui ex causa.

3 Infamia tollitur, aucta pœna. Ratio quę, & num. 5.

4 Infamia an tollatur pœna imminuta. Distingue, & num. 5. Rationes discriminis.

L. falsi. §. ordine. ff. ad legem Cornel.

5 L. 1. §. nam siquidem. ff. ad Turpill.

Iudicis in potestate non sunt pœnę, sed quæstiones facti, & num. 8.

6 Pœna incontinenti subeunda non est habenda ratio.

Instantanei actus non est habenda ratio.

Possessionis instantaneæ an sit habenda ratio.

7 Infamia sequela pœnæ, cessat cessante pœna.

8 Infamis non fit condemnatus in pœnā extraord. ob defectum indiciorum, & num. 10. & seq.

Sententia strictè accipitur.

9 Reus vel est absoluendus, vel condemnandus.

10 Pęna extraordinaria hodie imponitur ob indicia.

Ex indicijs quis condemnatur in pœnā extraordinariam, etiam corporis afflictiuam, ac etiam in ordinariam, vbi sunt indubitata.

11 Senatus sententia, non esse irrogatam infamiam condemnato in pęnam extraordinariam.

Senatus a'ia sententia in simili casu.

12 Pęna infamiæ non habet locum, non probato delicto.

13 Decreti gratiosi beneficio fruitur condemnatus in pœnam extraordinariā ob defectum indiciorum, licet casus esset exceptus. In bannitorum liberationibus ob consignationem aliorū bannitorum factam spectatur pœna. Quid si minor poena fuerit imposita, quam debet.

14 Condemnatus in poenam extraordinariam

riam, an debeat in damnis, & expensis damnari.

15 *Caballi locus declaratur.*

16 *Infamia irrogatur, etiam si extra ordinem procedatur.*

CAP. CXV.

De condemnatis, an, & quando fiant infames.

VBicumque aliquis condemnatur ob crimen, quod infa-
1 miæ † notam inurit, aucta vel immi nuta pęna, solet quæri, an tamquam infamis à dignitatibus, & honoribus
2 sit arcendus, quos † infamibus patere nolunt Summorum Pontificum, & Imperatorum leges. cap. Infamibus. De regul. iur. lib. 6. l. 2. C. de dignit. lib. 12. Farinac. decis. 51. num. 5. Neque dubium, quin ex varijs causis pœnæ augeantur, vel minuantur. Peguer. decis. 24. num. 20. & decis. 27. num. 8.

Anceps est quæstio, quia veterum Imperatorum, & Iurisconsultorum rescripta, & responsa pugnare inter se videntur.

Quamobrem ità distinguitur. Aut augetur pœna, aut minuitur. Primo casu, licet augeatur sine causa
3 tamen † tollitur infamia, cum enim reus augmento pœnæ oneretur, debet leuari infamię nota, censeturque cum eo esse transactum. l. ordine. ff. ad Municip. l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. De his, qui not. infam.
4 Altero casu distinguitur, an fiat † imminutio pœnæ sine causa, an cum causa, vt illo casu non tollatur infamia, isto secus fit. l. & si seuerior vbi gloss. & alij l. si Possidonium. l. ad tempus. C. ex quib. causs infam. irrog. d. §. pœna grauior. l. 1. & l. 2. C. de His, qui in exilium dati. libro 12. l. 3. l. ad tempus. ff. De Decur. Gama decis. 139. num. 6. Cuiac. lib. 20. obseru. cap. 38. qui tamen id paulo aliter explicat, ac alij interpretes, obseruatque in l. falsi. §. ordine. ff. ad legem Corn. De falsis inter ordine motum ad tempus, & relegatum ad tempus differentiam. latè Caball. resolut. crimin. 172. num. 3. 23. & 26. qui alias etiam affert distinctiones, non solum in pœnis capitalibus, sed etiam in pecuniarijs, & subijcit rationes discriminis prædicti, subiecti enim maioribus pœnis ignominia non notantur, veluti transacto negotio, vbi autem minor indicitur pœna, secus est, quia in potestate iudicantium quæstio facti est, non iuris. d. l. ordine l. 1. §. nam siquidem
5 † ff. ad Turpill. idest, nam licet quæstio quæ versatur circa factum, quæ facti dicitur, vt retuli libro 1. cap. 124. sit in potestate iudicantis, tamen secus est in persecutione pœnæ, quæ respicit iuris quæstionem, & quæ certa est à iure constituta, & ideo in ea mutanda nulla est potestas iudicis. l. si qua pęna 244. ff. de verb. sign. Cuiac. ad lib. 1. Resp. Papin. tomo 4. chart. 753.

Vbi igitur pęna legitima, & ordinatia imponitur, vel mitior sine causæ cognitione, etiam si temporaria sit, tamen perpetua est, & immortalis ignominia; Vbi verò durior infligitur, vel etiam mitior cum causę cognitione, durat infamia tantum, quamdiù durat pœna. Caball. dicta resolut. 172. numero 20. 26. & 32. Cuiac. dicto loco, licet vt dixi, aliter in nonnullis rem hanc declaret. Quod tamen est intelligendum, quando pœna est du-
6 ratura per aliquod † tempus, secus si incontinenti subeunda, actus enim instantanei non est aliqua ratio haben-

benda. gloſſ. in d. §. pœna grauior in verb. oneraſſet Caball. dicta reſolut. 172. numero 33. (licet ſecus ſit in poſſeſſione inſtantanea, ad hoc ne quis turbetur. Vide Maſtrill. deciſ. 52. numero primo.) Quod puto carere dubitatione; nam ſi ignominia
7 hoc caſu eſt veluti aſſecla † pœnę, inde conſequitur, vt ceſſare debeat, poſteaquam reus eam ſubiuerit. Quemadmodum enim, vbi eſt ſucceſſiua pœna, finito tempore, ceſſat ignominia in caſibus prædictis, ità eſt dicendum, vbi ſtatim eſt imponenda, & in inſtanti conſumitur, vt ſtatim pariter ceſſet ignominia.
8 Eſt tamen † animaduertendum prædicta non procedere, quando quis ob defectum indiciorum in aliquam pœnam extraordinariam condemnatur, nam tunc etiam ſi duret pęna temporaria, tamen infamis non poteſt dici condemnatus, cum ſnetentia ſit ſtrictè accipienda; Farinac. dicta deciſ. 51. numero 2. & 3. & in legibus citatis agatur de condemnato in duriorem, vel mitiorem pęnam, inde colligi poteſt non ob defectum indiciorum receſſum fuiſſe à pęna ordinaria, cum de delicto liqueret, ſed ob aliquam aliam cauſam, vel etiam ſine cauſa. Bart. & alij in d.l. & ſi ſeuerior. & in l. fuſtibus. C. eodem requirit crimen exploratum, vt quis dicatur infamis de iure. Cui rei illud eſt præcipuè argumento, quod ſupra dictum fuit, pœnas non eſſe in poteſtate iuſdicentis, ex quo apparet tunc liquere de delicto, quod habet pœnam certam.
9 Licet igitur † reus debeat vel abſolui omninò vel condemnari pœna ordinaria. Clar. in §. fin. quæſt. 62. in princ. tamen iure, & moribus multo magis receptum eſt ferè in omnibus tribunalibus, & præſertim in
10 Senatu noſtro, vt † ex indicijs & pręſumptionibus etiam non indubitatis, (nam ex illis quandoque pœna mortis ordinaria imponitur, cap. 1. De homicid. libro 6.) rei pœna extra ordinem etiam corporali afficiantur. Boſſ. De Inquiſ. num. 30. & De ſententijs, numero 70. Caball. reſolut. crimin. 82. numero 15. & cap. 93. num. 29. puta triremium, fuſtigationis, ictuum funis, & ſimili. Clar. in ſua Praxi crim. §. fin. quęſt. 20. verſ. Scias tamen. Caball. reſol. crimin. 288. num. 16. Menoch. libro 1. præſumpt. 97. & De Arbitr. in addit. ad caſ. 273. Farinac. quæſt. 86. num. 82. & 118. Gaſp. Theſ. lib. 3. Quæſt. Forenſ. cap. 13. numero 12. Eo caſu quo pœna extra ordinem indicitur, cum reus neque confeſſus eſt, neque conuictus, neque indubitatis indicijs vrgetur, defendi poteſt, infamiam non cenſeri inuſtam, (de infamia iuris loquor.) Quam-
11 obrem cũ anno 1608. N. I. C. † fuiſſet à Senatu condemnatus, vt non poſſet in certa quadam cauſa patrocinari, & in alijs per annum voce & inſcriptis, & vlterius arbitrio Senatus, quam plurimis rationibus contendi nullam illi fuiſſe inuſtam infamiæ notam, & ideo alijs muneribus, & honoribus in ipſa Vniuerſitate, & in collegio Iuriſconſultorum etiam durãte dicto anno, & arbitrio fungi, & frui poſſe, potiſſima autem erat ratio, quod cum de crimine, cuius inſimulabatur, non liquidò appareret, in pœnam pręedictam extraordinariam fuiſſet cõdemnatus, quam ſniam validiſſimis rõnib. cõfirmauit præſtantiſſimus aduocatus, nunc Senator ampliſſimus, & collega meus Petrus Franciſcus Corius. Senatus autem die 26. Iunij anni prędicti de-
cla-

clarauit mentis suę non fuisse per allegatam sententiam in supplicātem quidquam aliud statuere, quam vt abstineret à patrocinando in memorata causa, & in alijs causis per annum, & vlterius arbitrio Senatus, in cœteris autem posse supplicantem fungi omnibus muneribus, & honoribus, prout poterat ante prædictam sententiam. Et die 6. Iulij 1615. Cum R. ob instigationem ad falsam querelam porrigendam, & quod in eadem causa falsum testimoniū perhibuisset, ob defectum indiciorum fuisset in aureis ducentum condemnatus, rescripsit Senatus mentis suæ non fuisse dicta condemnatione notam infamiæ dicto R. irrogare, nec eundem à beneficio liquidandi eius iuramento interusuria, nec ab alijs priuilegijs, vti mercatori competentibus, excludere.

Et esset sane perabsurdum pœnam
12 infamiæ, † quæ accessoria est, impositā censeri, principali non subsistente, nimirum delicto non probato, & tàm grauem pœnam ignominiæ comitem esse, & sequelam pœnæ extraordinariæ, quæ quandoque leuis est. In eandem sententiam citatur Calderin. cons. 1. De Accusat. Bertazzol. cons. crim. 55. num. 25. lib. 1. Put. decis. 400. Farinac. d. decis. 51. Bart. in l. quid ergo §. infamem. ff. de public. iud. Gram. vot. 3. num. 36. Decian. Resp. 34. num. 30. lib. 4. & tract. crim. lib. 3. cap. 17. num. 36. Boer. decis. 254. Viui. in suis Cōm. in verb. Infamia.

Hanc ob causam Senatus die primo Iulij anni 1600. decreuit vbi ob debilitatem indiciorum quis condemnatus fuit in pœnam extraordi-
13 nariam, posse † nihilominus frui beneficio decreti, quod gratiosum appellatur, licet casus, de quo fuerat accusatus, à decreto esset exceptus. Et cum Senatus in liberationibus bannitorum, quę ex edictis fiunt ob consignationem aliorum bannitorum, spectare consueuerit pœnam, vt casus dici possint pares, si delicto minor pœna ob leuitatem indiciorum imposita fuerit, quam iure imponi debuerit, pœna ipsa adhuc spectatur, non titulus delicti, vt censuit Senatus die 19. Aprilis 1620. referente amplissimo Senatore Corio horis po
14 meridianis. Faciunt † tradita à Caball. resol. crim. 82. num. 15. vbi probat condemnandum non esse accusatum de furto ad damna & expensas, vbi ob defectum indiciorum imponitur illi pœna extraordinaria, secus si ob ætatem, vel ob aliam causam similem.

Neque aliud credendum est sen-
15 sisse Caball. † dicta resol. 172. nu. 36. dum ait condemnatum extraordinariè, effici infamem, nam necessariò id est intelligendum, vbi crimen est exploratum, vt etiam se ipsum videtur optimè declarare, & ex allegatis ab eo Doct. id colligitur. Ille enim lo-
16 quitur quando proceditur † extraordinariè, vt nunc fit. Quo casu irrogat sententia infamiam, modo constet de crimine, quod debet spectari. Illustriss. Cardin. Tusc. conclus. 111. in verbo Infamis num. 16. neque. n. modus procedendi extraordinarius efficit, vt non fiat quis infamis.

SVMMAE.

1 *De socijs criminis, an, & quando quis possit interrogari.*
2 *Socius criminis an faciat indicium, & quando.*
3 *Socius criminis subijciendus quæstionibus, vt faciat indicium.*
4 *Testis deponens in tortura, non tenetur depositionem postea ratificare.*
Confessio rei in tormentis ratificanda extra

extra tormenta.
5 *Socius criminis an debeat depositionem in tormentis factam, ratificare extrà tormenta.*

CAP. CXVI.

De Socio criminis.

1 NOn potest † delinquens interrogari de socijs criminis, nisi in casibus exceptis, iuxta ius commune, vel loci consuetudinem, in quo proceditur. Clar. in sua Prax. crim. §. fin. quæst. 21. vers. Retenta igitur. Peguer. decis. 5. & 37. Menoch. De Arbitr. cas. 474. nu. 18. & 27. Farinac. quæst. 43. Coras. lib. 5. Miscell. cap. 20.
2 Vbi † non potest interrogari, nullũ facit indicium, secus vbi iure, vel ex consuetudine interrogari potest. Sed hoc casu, vbi nimirum potuit de socijs interrogari, ita demum facit indicium, si in quæstionibus socium nominauerit, vel incontinenti post, secus si interuallum temporis intercesserit. Alberic. in l. fin. C. de accusat. num. 7. Boer. quæst. 319. num. 3. cum alijs allegatis à Peguer. decis. 5. num. 36. Menoch. d. cas. 474. num. 50.

Verum mihi id nõ probatur, cum
3 in ipsa † tortura nominari oporteat socium ita, vt licet statim à quæstionibus fiat nominatio, tamen non sit credendum nominanti. Farinac. d. q. 43. nu. 136. Immò verò nominãs socios subijciendus est in specie torturę pro cõfirmatione nominationis ita, vt nõ sufficiat prima tortura illata ad eruendã veritatẽ, sed deueniẽdum sit ad aliam, quæ tamen solet esse leuis, & idcirco infertur, vt macula illa, & infamia ex delicto cõtracta eluatur, & purgetur. Farinac. dicta quæst. 43. num. 137. & seq. Caball. Resol. crimin. 33. num. 5. & 11.
4 Præterea licet testis † deponens de alterius delicto cum tortura probet ita, vt non requiratur postea ratificatio ex interuallo extra tormenta, vt requiritur in reo in tormentis cõfesso, & scripsi supra libro 1. cap. 100. Menoch. de Arbitr. in Add. cas. 269. num. 9. testis enim dictum suum ex interuallo non potest corrigere, neque in teste requiritur persceurãtia. Caball. d. resol. crim. 33. in princ.
5 tamen secus est in socio † criminis quæstionibus subiecto ad faciendum indicium contra nominatum, nam ille depositionem suam in tormentis specialiter illatis, debet extra tormẽta ratificare, non secus ac factam in tortura contra se ipsum. Farinac. dicta quæst. 43. num. 138. Verum Caball. dicto casu 33. putat respectu nominati non esse opus aliqua ratificatione, & perseuerantia. Eum adeas.

SVMMAE.

1 *Obligatus ad factum liberatur præstando interesse.*
Quod procedit etiam in his, quæ momento temporis possunt expediri, & nu. 6.
2 *Momentanea non habentur in consideratione.*
3 *Meum quod est, amplius meum fieri non potest. Declara.*
4 *Clausula, quod si non omnes, &c. quomodo intelligenda.*
5 *Filius iure Digestorum, an adquirat patri existenti in articulo mortis.*
6 *Retrouendere simpliciter qui tenetur, non potest cogi precisè ad retrouendendum.*
Venditor an possit cogi precisè ad tradẽdam rem, quam habet in potestate.

CAP. CXVII.

De obligato ad factum, an solutione eius, quod interest liberetur.

1 OBligatus † ad factum, non cogitur præcisè ad illud, sed præstan-

stando illud, quod interest liberatur. l. stipulationes non diuiduntur. vers. Celsus. ff. de verb. obligat. vbi Doct. in l. si quis ab alio vbi Alex. & Ias. ff. de re iud. Surd. cons. 52. num. 14. Quamobrem in obligationibus facti ipsum interesse venit tacitè præstandum, perinde ac si in expressam obligationem esset deductum. gloss. & Bart. in l. 1. ff. de action. empt.

Quod tamen procedere existimatur in his, quæ requirunt temporis interuallum, non autem in his, quæ statim, & temporis momẽto possunt expediri, & facilè explicari iuxta cógestos per Ludou. Gozad. in l. 2. C. de pactis inter empt. & vend. num. 16. Rationem affert Schol. ad Gozad. dicto loco, quæ passim obuia est in hac tractatione, nam momentanea non
2 habentur † in consideratione, vt scrip si lib. 1. cap. 81. num. 7. & cap. 85. nu. 7. Franc. decis. 14. num. 26. & tradit contra Surd. Stephan. Gratian. lib. 1. disceptat. Forens. cap. 132. nu. 26. & cap. 568. nu. 65. & ideo licet quod
3 † meum est, amplius meum fieri non possit, tamen aliud est dicendum, quando prima adquisitio fuit momentanea, veluti si filiusfam. esset institutus hæres, & pater grauatus de facienda eidem restitutione.
4 Hinc etiam fit, vt licet † clausula, Quod si non omnes &c. intelligatur, vt durante impedimento vnius, alij possint procedere, & eo cessante, teneantur cum collegis procedere, tamen hoc verum sit, nisi impedimentum per modicum tempus cessaret, puta vno die, quia tunc valeret processus agitatus per alios etiam eo die, quo impedimentum cessauit, ne partes ex modica cessatione vexentur.

Illud ex eodem fonte fluit: nam licet
5 filius † adquirat patri iure Digestorum, tamen secus erit, si pater existeret in articulo mortis ob adquisitionem momentaneam. Schol. ad Gozad. d. num. 16. qui hæc, & alia affert similia, de quibus ego locis citatis.

Verum contrarium videtur rece-
6 ptum, vt licet momento † temporis explicari possit factum leue, tamen præcisè quis non possit ad illud cogi. Alciat. in d. l. stipulationes non diuiduntur, num. 85. Gozad. in d. l. 2. nu. 45. vers. ad vltimum vbi schol.

Quamobrem post longam disputationem concludit ibidem Gozad. obligatum ad retrouendendum simpliciter, solutione eius quod interest liberari, neque præcisè ad factum teneri, quemadmodum nec præcisè ad factum tenetur, qui vendere promisit, licet secus sit in eo, qui vendidit, & habet rei præstandæ facultatem. Surd. d. cós. 52. nu. 16. & seq. Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap. 17. vbi latè probat hanc sententiam, quæ fuit Martini, vt in gloss. in d. l. 1. ff. de action. empt. Coras. lib. 2. Miscell. cap. 3. & in d. l. stipulationes non diuiduntur, num. 8. vbi tamen contra communem censet obligatum ad factũ, teneri illud præcisè adimplere, si illud sit in eius facultate, neque succedere obligationẽ in id, quod interest, nisi in gratiam ipsius creditoris, in cuius arbitrio erit debitorem ad factum, quod in illius sit potestate, vrgere.

S V M M AE.

1 Sententia noctu ferri non potest.
2 Sententia an possit noctu ferri, vbi incontinenti expiraret iurisdictio Delegati.
3 Sententia an possit noctu ferri, vbi res statim esset peritura.
4 Instrumenta noctu fiunt cum tribus luminaribus.
5 Instrumenta an dicantur noctu confecta, quando adhuc lux aliqua supererat.

In

6 *In actibus instantaneis & ſucceſſiuis an ſpectetur perfectio, an initium. Inſtrumenta ſunt actus inſtantanei.*

CAP. CXVIII.

De ſententia noctu ferenda, & de inſtrumentis noctu confectis.

1 SEntentiam † noctu non poſſe ferri, & ſi feratur, inualidam eſſe receptum eſt, vt teſtantur Bart. Alex. Iaſ. Alciat. & alij in l. non minorem C. de tranſactionibus. Menoch. De Arbitr. quæſt. 62. Vant. De Nullit. ex defectu iuriſdict. ord. num. 132. Polyd. Rip. De Noct. temp. cap. 134. num. 7. & ſeq. & cap. 147. vbi ait opus eſſe tribus luminaribus. Gratian. lib. 1. Diſcept. Forenſ. cap. 199. num. 18.

Ceſſat hoc in nonnullis caſibus, de quibus citati Doct. quibus addo Menoch. De Arbitr. caſ. 525. num. 7.

2 Præcipuus eſt, quando † incontinenti expiraret iuriſdictio delegati. Menoch. d. caſ. 525. num. 7.

Verum Iaſon in l. non minorem, num. 3. in contrariam opinionem videtur inclinare, & Felin. in cap. conſuluit, num. 18. De offic. Delegat. ait omnes in hoc erraſſe, cum verior ſit opinio eorum, qui ſenſerunt etiam ſi iuriſdictio ſtatim expiraret, ſententiam nihilominus inualidã eſſe per d. cap. conſuluit Addo Polyd. Rip. in d. cap. 134. nu. 42.

Alter eſt caſus, in quo valet ſenten-
3 tia nocte † prolata, quando videlicet res eſſet incontinenti peritura. Menoch. d. q. 62. num. 5. & dict. caſ. 525. num. 10.

Verum mihi videtur hæc opinio dubia, neque. n. ceſſant rationes, quæ prohibent, ne feratur noctu ſententia, vbi res tempore eſt peritura. Vide Rip. d. c. 134. num. 39. & 40.

4 Inſtrumenta pariter † quæ noctu fiunt, ſolent eſſe ſuſpecta, & ideo ſolẽt adhiberi tria luminaria. Rip. De Noct. temp. cap. 106. & 113. Et ideò multis in locis ſtatutis cauetur, vt in-
5 ſtrumenta noctu non fiant. Quo † caſu cenſuit Marr. vot. 157. in deciſ. Piſan. nullum eſſe inſtrumẽtum, quod notarius cõfecerit poſt pulſatam vigeſimamquartam horam, & poſt ſalutationem Angelicam, licet ea ſupereſſet adhuc lux, vt notarius optimè legeret. De qua deciſione ego valdè dubito, cum incontinenti poſt ſalutationem Angelicam ſit confectum, & ſtatuta videantur conſiderare noctem, quatenus nulla lux adeſt, ea ratione ne fiant fraudes. Vide Ripam d. tract. cap. 1. num. 17. 19. & 21. cap. 3. & cap. 46. vbi præterea ait inſtrumenta tamquam actus inſtanta-
6 neos † conſiderari in ipſa conſumatione, & perfectione, & ideo tribui tempori nocturno, vel diurno, prout illo, vel hoc fuerunt perfecta, ſecus eſſe in actibus ſucceſſiuis. Quod tñ iudicio meo in vniuerſum, & certa hac regula affirmari, & diffiniri nequit.

SVMMÆ.

1 *Tempus an cenſeatur adiectum gratia limitandæ obligationis, vel differendæ ſolutionis.*

2 *Tempus an cenſeatur adiectum gratia differendæ ſolutionis, quando agitur de actu momentaneo.*

3 *Redimere qui poteſt, vſque ad certum tempus, eo elapſo, non habet amplius redimendi facultatem.*

4 *Dictiones illæ, Ad, vſque, Quoad. an finiant obligationem.*

5 *Dictiones præd. quid inferant in actu momentaneo vel ſucceſſiuo.*

CAP. CXIX.

De tempore adiecto cauſa finiendæ obligationis, vel differendæ ſolutionis.

IN illa quæſtione, An, & qñ tẽpus
1 cenſeatur adiectũ cauſa † limitãdæ obligationis, vel differẽdę ſolutionis,

vberem tradit distinctionem Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. ff. de verb. oblig. num. 2. in l. in illa, & in l. hoc iure. ff. eodem tit. Huc ea pertinet distinctio, quando præcedit simplex obligatio, nam aut obli-
2 gatio † continet aliquid, quod habet causam successiuam, aut continet illud, quod habet causam momentaneam. Priore casu censetur additum causa limitandæ obligationis, altero causa differendæ solutionis. Bart. ibidem.

Verum non placet hæc Bartoli distinctio, nisi appareat tempus adiectum fuisse mero fauore debitoris, ita, vt creditor ex parte sua nil teneatur implere, sed vbi debitori satisfacienti aliquid est implendum à creditore, & aliter satisfacere non tenetur, isto casu nisi intrà certum tempus satisfaciat debitor, post terminum non tenetur creditor satisfac-
3 tionem † accipere. Exemplum in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. cum nimirum vendito fundo conuenit, vt ad decennium, vel in decimum annum liceret redimere, nam creditum est tempus esse adiectum gratia limitandæ obligationis, & finiendæ, licet reuenditio momento temporis posset explicari; suadet. n. hoc natura temporis limitati, & mutuæ obligationis, cum alter retrouendere, alter pretium restituere teneatur. Ias. in d. §. qui ita stipulatur, num. 9. vbi Alciat. num. 18. Gozad. in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. num. 65. & scripsi supra lib. 1. cap. 48. Marius Giurba in Cõsuet. Senat. Messan. cap. 1. gloss. 8. part. 1. num. 20. qui amplius censet, nec incontinenti post temporis lapsum, quem esse admittendum ad redemptionem vide d. cap. 48. lib. 1. Dic-
4 tiones † igitur illæ *Vsque, Ad, Quoad.* & similes finiendæ obligationi censentur adiectæ, nisi aliud suadeat subiecta materia, & rei qualitas. Alciat. in d. §. qui ita num. 19. & 20. vbi
5 obseruat differentiam † inter actum momentaneum, & eum, qui tractu temporis explicatur, quod videlicet prædictæ dictiones in actu momentaneo finem statim inducant l. obligationum ferè §. 1. vbi Bart. ff. de oblig. & action. in actu vero successiuo vim quandam repetitionis vsque ad finem habeant, si rei substantia verisimiliter sit multiplicabilis, alias ad cessationem quandam non substantiæ, sed qualitatis tantum referantur.

S V M M Æ.

1 *Immunitas an sit realis, an personalis colligitur ex varijs coniecturis.*
2 *Immunitas extenditur ad descendentes, quæ fuit concessa ob benemerita senis.*
Senibus mors vicina.
Auctoris opinio, & num. 3.
3 *L. Sancimus. §. fin. C. de donat. exposita.*
In Donatione annua quando requiratur insinuatio.

C A P. C X X.

De immunitatis concessione, an sit realis an personalis.

Valde coniecturalis est status, vbi quæritur. An concessio
1 † immunitatis sit realis, an personalis. Afferuntur fere innumerabiles pro vtraque parte coniecturæ, quæ ex ipso priuilegio colliguntur, de quibus Menoch. De præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. cons. 298. num 27. cons. 1007. num. 100. cons. 136. num. 18. Barbos. in l. quia tale. ff. soluto matrimonio.

Inter cæteras coniecturas, quę af-
2 feruntur ad probandum † immunitatem

tatem non esse restrictam ad personam, sed ad descendentes extendi, ea est, videlicet, quando concessa fuit ob benemerita quamplurima, & maximè viro seni, etenim mors vicina esse solet, & propinqua senibus. Quod illos angere, & solicitos habere ait Tullius de Senectute. Neque vero est verisimile penè inanem fuisse factam concessionem, cum eo anno, & statim possit senex ex hac vita migrare. Hanc coniecturam refert Socin. cons. 84. lib. 3. num. 10. vers. Tertia ratio. Sequitur Menoch. dic. præsumpt. 103. num. 43. vbi ait præsumi realem concessionem. Quod intelligo eo respectu, vt possit transire ad descendentes. non tamen erit censenda realis propriè, alioquin etiam ad extraneos transiret. Probat
3 Socin. sententiam suam per † l. Sancimus. §. final. C. de donat. vbi statuit Imp. non requiri insinuationem in donatione annua, quæ concluditur intrà vitam personarum dantis, vel accipientis, si quantitas promissa non excedit legitimum donationis modum, licet summæ plurium annorum coaceruatę illum excedāt. Rationem subijcit Imperator videlicet, *Incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis suggessit, vt possibile sit vnius anni tantummodo, vel breuioris, vel etiam amplioris temporis metas superuiuere, vel donatorem, vel eum, qui donationem accepit, & ex hoc inueniri etiam totam summam donationis non excedere legitimam quanitatem*. Quæ ratio Imper. viget non solum in sene, sed etiam in iuuene, sed in sene mors aduentans, & magis vicina esse solet, & ideò ne inutilis videatur immunitas, Socinus eam etiam ad descendentes porrigendam esse respōdit. Verum obiter aduertendum in d. l. Sancimus. §. fin. videri Imper. verba illa *Sin autem* &c. cum præcedentibus iam relatis pugnare, quod non est credendum, maximè cum statim fuerit subiecta. Soluit Accurs. duplici modo. verum ego sequor lectionem Græcorum Interpretum, qui ità legunt, *vel non adijciatur*, quā sequitur Contius, Isid. libro 47. Basilicon & latè defendit Cuiac. lib. 15. obseru. cap. 22. & Ant. Mercator in Not. ad librū 1. cap. 25. Animad. Io. Roberti. contra ipsius Roberti sententiam.

SVMMAE.

1 *Conditionibus sub diuersis vbi quis fuit institutus, cuius nam euentus sit spectandus.*

2 *Causa duæ si eodem spectant, celerior consumit effectum.*

3 *Conditionibus sub diuersis quando duo sunt instituti, præualet illa institutio, cuius conditio prior euenit.*

CAP. CXXI.

De instituto sub diuersis conditionibus.

1 Accidit quandoque, vt † quis instituatur in eadem portione sub diuersis conditionibus, veluti si testator ita dicat, Titium ex triente hæredem instituto, si nauis ex Asia veuerit, & ex eodem triente eumdem instituo, si Titius consul factus fuerit. Quæritur eo casu cuius nam conditionis euentus spectari debeat. Placuit Castr. in l. si plures num. 2. ff. de condit. instit. ea distinctio, videlicet, Aut secunda institutio facta fuit ex interuallo in eadem portione sub diuersa conditione, & videtur recessum à prima, atque ideo institutioni non erit locus, nisi eueniente vltima. Aut incontinenti, & eodem contextu vna post alteram adiecta est conditio, & à prima non censetur

S 2 re-

recessum, & ideo purificabitur institutio ex euentu primæ, vel secundæ. Galgan. De condit. par. j. cap. 6. nu. 39. prout hæc, vel illa prior euenerit;
2 ex duabus † enim causis, eodem spectātibus celerior consumit effectum. facit l. non ad ea. ff. de condit. & de-
3 monstr. Quamobrem si duæ † factæ sint institutiones simul & eodem tēpore ab extraneo, vna de Titio, exempli gratia, si superuixerit post mortem testatoris, altera de illius filijs, si Titius non superuixerit, non erunt filij Titij illi substituti, sed duæ erunt institutiones, & illa prçualebit, cuius conditio prior euenerit, altera verò euanescet. Stephan. Gratian. lib. 3. Discept. Forens. c. 536. nu. 29. & seq.

SVMMAE.

1 *Locatione finita, si dominus velit rem alteri locare, præferendus primus conductor, vel eius hæredes. Declara. Senatus sententia.*
2 *Locans alteri incontinenti præsumitur voluisse fraudare conductorem iure prælationis.*
3 *Emphyteutam non potest dominus directi fraudare prælatione, alteri rem locando.*

CAP. CXXII.

De locatione finita, & an alteri possit res locari.

1 Finita locatione † rei Ecclesiasticæ vel profanæ, potest dominus eam sibi retinere. Quod si malit alteri eam locare, tunc ratio equitatis, & iustitię suadet, vt primo conductori, vel eius hæredi fiat locatio, qui cæteris est præferendus. Franc. decis. 123. Borell. in summ. decis. tit. 16. num. 22. Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & ęst. Ios. Lud. decis. Luc. 63. num. 20. Quod accipiendum de locatione ad longum tempus, vel de emphyteusi, secus in simplici locatione, vt die 13. Oct. 1621. declarauit Senatus in causa Illustrissimi Cardinalis Ludouisij, referente amplissimo Senatore Montio. Si igitur dominus finita locatione expulisset conductorem eo prætextu, quod sibi rem habe-
2 re vellet, & postea incontinenti † illam alteri locaret, crediderim minimè id esse illi permittendum, fraudaret enim hoc pacto conductorem, & emphyteutam iure prælationis. Hanc ob causam scripsit Vrsill. ad Afflict. decis. 238. nu. 6. cum facta fuis-
3 set venditio per † quendam emphyteutam, & dominus directi fuisset prælatus per Sententiam sacri consilij, tamquam vellet sibi rem habere emphyteuticā, postea reuocatam fuisse sententiam, cum dominus directi eamdem rem emphyteuticam alteri concessisset statim, inde enim apparebat eum non sibi, sed alteri, quod facere non poterat in præiuditium Emphyteutæ, per prælationem voluisse consulere. Sic igitur dominus rei non potest fraudare conductorem ea prælatione, quam habet, statim eam alteri concedendo. Vide supra cap. 49. num. 11.

SVMMAE.

1 *Solutionis tempus aucta, vel imminuta moneta, spectatur in ditione Med. Senatus sententia, & num. 3.*
2 *Moneta æstimatio an censeatur adiecta gratia taxationis, an demonstrationis*
Aestimatio an taxet, an demonstret.
3 *In Retractu, & redemptione cuius esse debeat augmentum, vel imminutio circa monetam contingens.*

CAP.

CAP. CXXIII.

De Aestimatione aurei, an censeatur gratia taxationis, an demonstrationis adiecta, & cuius lucro, vel damno sit augmentum, vel imminutio pecuniæ in retractu, & in retrouenditione.

1 Recipitur ea opinio in ditione Mediol., quæ nititur † consuetudine, de qua Boss. in tit. De Monet. num. 4. videlicet spectandum esse tẽpus solutionis, non contractus, vbi aucta, vel imminuta moneta, facienda est solutio, & sępenumero hoc anno Senatus eam secutus fuit, referente amplissimo Senatore Don Ferdinando Quintana Duegna, & me ipso in varijs causis, nisi tamen aliter tacitè, vel expresè conuenisse inter contrahentes apparuisset. Solet autem pręcipuè existere voluntatis quæstio, vbi promissis putà mille aureis, addita fuerunt verba illa, quæ passim adijci
2 † solent, videlicet, valoris librarum sex. Anceps enim est quæstio, an indicandæ, & demonstrandæ monetæ gratia illa verba fuerint adiecta, an verò ob taxationem. Quod venit in disceptationem, referente amplissimo Senatore Leyzaldo in causa Ponti tremulense inter I. C. Dodum, & Caualcanam, pro qua vberrimum, & eruditissimum extat responsum I. C. Octauiani Picenardi, nunc amplissimi Senatoris, & collegæ mei in Senatu, qui ante fuerat Ticini in munere interpretandi. Multa vtrinque afferuntur in huiusmodi quæstione, vt videre est apud Sol. De Monet. cas. 28. & cas. 43. num. 4. Gasp. Bellet. in suo cons. De Monet. num. 21. Gasp. Ant. Thes. De Augm. Monet. par. 2. num. 25. & 56. vers. Limita tertio & quæst. Forens. 72. lib. 4. Gratian. Discept. Forens. cap. 560. num. 14. Ant. Fab. De var. Nummar. Debit. solut. capit. 2. & 3. Mastrill. decis. 7. num. 10. Sacca. cons. 100. num. 19. volum. 1. Placuit autem Doctor. æstimationem non censeri adiectam auro taxationis gratia, & vt faciat veluti emptionem quandam, sed potius gratia demonstrationis, vt sciri possit, quanti tunc valeret aureus, quando nimirum aureus reperiebatur illius æstimationis expresę, & maximè quando alij eiusdem valoris expendebantur, æstimatio enim vnũ ab alijs discernit, non autem taxat, neque efficit, vt moneta magna migret in paruam, ne fiat correctio incontinenti, quod est absurdum, si videlicet post promissionem auti, placeret partibus æstimationem gratia taxationis addere, & aureum statim ad imaginariũ, & monetalem reducere. Doct. locis citatis, & pręsertim Thes. d. quęst. 72. num. 4. Surd. cons. 368. num. 14.

3 Tractatur autem † in specie circa retractum, & redemptionem rei vẽditæ ex pacto, cuius lucro cedere debeat vel damno augmentum, vel imminutio contingens in pecunia, & an tempus solutionis, an contractus spectari debeat. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Ant. Sol. De Monet. cas. 39. 41. & seq. Gall. consilio 35.

Nonnulli in hac quæstione distinguunt, quos refert Gasp. Ant. Thes. De augm. Monet. part 2. num. 60. an augmentum in pretio monetæ, statim post vẽditionem, vel multo post euenerit, eoq; omnia videntur dirigere, vt non possit venditor, qui redimit cogi ad augmẽti solutionem, qñ illo augmento non est vsus, quod pecunię accessit. Quę ratio, & distinctio videtur æquitate niti. Vide tàm in tractatu, q̃ in redẽptione ex pacto, incertũ Auctorẽ. De Mut. Monet. q. 5. & 6. vnde plenè colligit quãti itersit,

an

an quid fiat statim, an vero post aliquod tempus, an videlicet incremētum, vel imminutio fuerit statim secuta, vel post longum tempus, & an retractus siue redemptio fiat incōtinenti, vel interiecto temporis spacio, & an sit momentanea mutatio, an duratura. Eum adeas, quia in promptu omnibus sunt eius scripta, quæ referre otium non est.

Censent alij tempus solutionis spectandum, alij tempus contractus. Gall.d. conf.35. Alij distingunt inter augmētum ob bonitatem extrinsecam, vt primo casu in retrouenditione lucrum augmenti sit illius, qui rem emit, secundo casu sit debitoris, siue venditoris. Et hanc sententiam sequitur Thes. d. num.60. & conuenit ijs, quæ tradidi lib. 1. cap.12. Verum Senatus noster solet spectare tēpus, quo fit solutio, & redemptio, vt iam dixi.

SVMMAE.

1 *Electi non debent iurare in ipsa electione, nec post, nisi coram superiore.*
2 *L. lecta. ff. si cert. pet. reg. declaratur.*
3 *Incontinenti facta censentur inesse in ijs, de quibus partes possunt disponere.*
4 *Iudex post sententiam non potest addere conditionem.*

CAP. CXXIV.

De electi iuramento.

QVi habēt ius eligendi non possunt ab electo in ipsa electio-
1 ne iuramentum † exigere de seruandis omnibus, & singulis constitutionibus. Calder. de iureiur. conf.3. Quid si incontinenti post electionem iurauerit electus? Et idem dicendum ob vulgatam regulam sæpe in hac tractatione repetitam l. lecta. ff. si cert. pet. Calderin. d. conf.3. Videtur igitur iuramentum in ipsa electione præstitum, quod etiam præstari debuit coram ipso superiore. Illustriss. Tuscus concl. 81. in verbo incontinenti. num.3. vbi num.17. ex sententia Alex. ait regulam dictæ l.
2 lecta, † videlicet incontinenti facta
3 censeri † inesse, habere locum in ijs tantum, in quibus possunt de nouo partes disponere. Quamobrem iu-
4 dex † post prolatam sententiam, in qua aliquem condemnauit, vel absoluit, non potest etiam incontinenti aliquam addere conditionem, cum sententiam non possit in aliquo mutare, postea quam fuit officio suo functus. Alex. conf.90. num.5. lib.1.

SVMMAE.

1 *Filij cum patre vocati, an succedant simul, an ordine successiuo.*
2 *Successiuus ordo duplex.*
3 *Successiuo ordine per vulgarem censentur vocati plures, inter quos cadit affectio, & necessitas institutionis. Stipulans sibi, & filijs intelligitur stipulari ordine successiuo.*
4 *Vocati cēsentur æqualiter illi, inter quos non cadit necessitas institutionis. Declara.*
5 *Nondum nati non censentur æqualiter cum patre instituti.*
6 *Vocatio per fideicommissum an censeatur facta, vbi adest tractus successiuus, & quomodo.*

CAP. CXXV.

De filijs cum patre vocatis, an simul succedant an ordine successiuo.

1 LAtè patens est quæstio, † An filij cum patre vocati, succedere debeant simul vno, & eodem tempore cum eo, an verò ordine successiuo.
2 Qui sanè ordo † successiuus duobus modis accipi pōt, vt sit vel directus per

per vulgarem, vel obliquus per fideicommissariam. Hanc quæstionem ex professo tractant Doct. in l. Gallus. §. quidam. ff. de lib. & posth. Didac. in cap. Raynutius §. 2. De testam. Clar. in §. testamentum. quęst. 80. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 9. Menoch. De Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 70. & 71. Peregr. de fideicóm. art. 17. Peguer. decis. 99. Cancer. variar. resol. tit. De substit. num. 44. Ioseph Rustic. ad l. cum auus. ff. de condit. & demonstr. lib. 1. cap. 1. num. 28. Hond. cons. 65. lib. 1.

Traditum autem fuit communi-
3 ter, quando plures simul † vocantur, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis, ac etiam necessitas causatiua institutionis, tunc censeri vocatos ordine successiuo per vulgarem, non autem per fideicommissariam, veluti si pater instituat filium suum, & eius filios. Quod procedit etiam in stipulatione, quando pater sibi & filijs stipulatur. Surd. cons. 305. num. 60. & seq. & decis. 322. num. 44. Vbi
4 autē plures instituuntur, inter † quos cadit quidem affectio, sed non concurrit necessitas institutionis, tunc censentur vocati æqualiter, veluti si quis Titium fratrem suum, & eius filios instituerit. Quod tamen est intelligendum, quando tempore testamenti essent filij nati, secus si essent nascituri, nam tunc cum vocatio censeatur facta contemplatione patris, non censentur omnes æqualiter instituti, sed ordine successiuo, neque enim credendum testatorem
5 voluisse nondum natos † æquari patri, cum essent incogniti. Menoch. dicta præsumpt. 70. num. 22. Peguer. d. decis. 99. num. 5. Mantic. d. tit 9. num. 27. Hect. Felic. alleg. 14. nu. 7. & seq. part. 3. Hoc autem casu ordo successiuus, cum vocatio non verifi-
6 cetur incontinenti, sed tractum habeat † successiuum, intelligitur per fideicommissum, non per vulgarem. Peguer. dicta decis. 99. in fine. De qua opinione iure dubitat Peguer. loco citato, cum ex hoc solum non censeatur inductum fideicommissum, quod nondum sint nati filij, sed alia requirantur, de quibus Menoch. dic. lib. 4. pręsumpt. 71. & pręsertim, nu. 22. ex quibus tractus temporis futuri significetur, veluti, post mortem patris &c. Hect. Felic. d. alleg. 14. nu. 15. & allegat. 15. Pereg. cons. 55. lib. 1. num. 4. & seq.

S V M M Æ.

1 *Excommunicandis fiunt monitiones cū interuallis temporum, arbitrio iudicis.*
2 *Iudex arbitrio suo modo breuem, modo longam dilationem solet statuere.*
3 *Dilationes in soluendis debitis conceduntur, etiam si statim fieri debeat solutio. In litteris collybisticis, siue Cambij, vt vulgo loquimur, quæ dilatio concedatur ad soluendum.*

C A P. C X X V I.

De monitionibus, quæ fiunt excommunicandis, et De tesseris nummarijs vulgò litteris Cambij.

1 TEmporum interualla † in monitionibus siue denunciationibus, quę fiunt excommunicandis, relinquuntur arbitrio iudicis, cum nihil in iure certi scriptum sit. cap. constitutionem. De sentent. excōmun. lib. 6. cap. sacro. eod. tit. Iudex igitur diligenter pro sua prudentia, perpensa negotij & personarum qualitate, omnibusque circunstantijs maturè examinatis, arbitrio suo terminum huiusmodi denūciationibus statuet. Menoch. de Arbit. cas. 545. Genuens.

in

in Prax. Archiep. cap. 1. num. 10. Sic
2 in † alijs rebus modo breuem terminum statuet, vbi res eget celeritate, modo dilationem longiorem concedet. Menoch. ibidem in fine.

3 † Quemadmodum etiã in dilationibus concedendis debitori ad soluendum ex varijs circumstantijs extendet, vel restringet dilationes, quas etiam illis concedet, qui incontinenti tenentur soluere, sed eo casu modicas indulgebit, cum dilatio modica non dicatur dilatio. Sigif. Scaccia De cõmer. & camb. §. 2. gloss. 5. vbi late agit de verbis, & formulis, quibus concipiuntur litteræ, quæ vulgò cambij dicuntur, videlicet, *Pagate a littera vista*, concluditque licet incontinẽti debeat fieri solutio, tamẽ cum hoc verbũ uariè accipiatur, aliquam dilationem esse concedendam.

S V M M Æ.

1 *Notorium quid sit.*
2 *Notorium quã nam dicantur facere.*
3 *Notorium multiplex.*
4 *Momentanei actus transeunt in notorium.*

C A P. CXXVII.

De Notorio.

1 NOtorium quid an dici † possit, nec ne æstimet iudex arbitrio suo, qui debet illud arbitrari esse notorium, quod est huiusmodi, vt omnes illud sciant, vel verisimiliter scire possint. Menoch. de Arbitr. cas.
2 166. veluti † si quid gestum sit coram Populo, vel maiore illius parte, ac etiam coram decem hominibus. Gall. cons. 125. num. 23. Surd. cons. 188. nu. 13. vel si de eo constet per instrumentum, vel per acta, quæ faciunt notorium. Peregr. cons. 15. num. 27. lib. 1. Menoch. cõs. 320. num. 34. Hect. Felic. alleg. 46. num. 59. part. 1. Surd. cons. 530. num. 29. cons. 214. nu. 20. vel per sententiam, confessionem, & similia. Alb. cons. 90. num. 5. cõs. 739. num. 16. Aldouin. cons. 46. num. 55. Surd. cons. 189. num. 5. & 32. Est autẽ
3 multiplex notorium. Abbas in † cap. vestra. De cohabit. cleric. & mulier. Baiard. ad Clar. in §. fin. quæst. nona. Inter cæteras species est notorium facti permanentis, & transeuntis, nam etiam actus momentanei transeunt
4 † in notorium, si fuerint secuti palam, & coram Populo. Pet. de fideicomm. quæst. 14. nu. 287. Clar. in §. fin. Prax. crim. d. quæst. nona in princ. Farinac. quæst. 21. num. 44. vbi latissimè agit de notorio. Mascard. concl. 1106. De Probat. nu. 24. licet alij dissentiant.

S V M M Æ.

1 *Ad compromissum cogimur legibus municipalibus.*
2 *Compromittere an quis cogi possit post litem contestatam.*
3 *Exceptiones declinatoriæ, & dilatoriæ an possint opponi post litem contestatam.*

C A P. CXXVIII.

De compromisso coactè faciendo.

1 LEgibus municipalibus † cogimur ad compromissum, certis in casibus. Verum vbi lis est contestata
2 † vel datus terminus ad probandum, tunc præclusa est via compromisso. Est enim hæc exceptio declinatoria. Afflict. decis. 185. Verũ si statim post datum terminum, excipiatur de cõpromisso creditum est à nonnullis, il
3 li locum esse, vt dicitur de alijs † declinatorijs, & dilatorijs exceptionibus, quæ opponi possunt statim post litem contestatam. Vrsill. ad d. decis. Afflict. 185. de quo Borell. in Pragmat.

mat. Odia litium §. 2. gloss. 2. nu. 31. & scripsi supra lib. 1. cap. 144. num. 6.

SVMMAE.

1 *Remedia contra debitores non soluentes.*
2 *Sequestratio fructuum debitorum fit penes vniuersitates ex statuto Mediolani.*
3 *Fructus quando sequestrentur penes vniuersitates, & qui.*
4 *Fructus statim colligendi legato mobilium continentur.*

CAP. CXXIX.

De Sequestratione fructuum.

1 MVlta sunt † remedia iure cõmuni, & municipali prodita cõtra debitores, qui omnibus modis conantur solutionem eius, quod debent, subterfugere. Inter cætera Mediolani habemus ex stat. 229. lib.
2 1. remedium † sequestrationis penes vniuersitates fructuum pendẽtium, modo sint maturi, vel statim maturandi, idest infra dies quindecim. si enim ante fieret sequestratio, non
3 possent † fructus æstimari, vt sentit ibidem Carpan. Et in fructibus pendentibus æque, ac in separatis cadit sequestratio, vbi intra breue tempus sunt separandi. Tiraq. de legib. con-
4 nubial. gloss. 2. num. 11. vbi † ait legato mobilium contineri fructus statim colligendos. Qua de re vide supra cap. 40. tractaui.

SVMMAE.

1 *De delicto ante omnia debet constare, vt possit procedi.*
Mortis causa multa.
2 *Ex vulnere quando quis dicatur decessisse.*
3 *Senatus sententia in causa cuiusdam puellæ, quæ verberibus affecta paulo post mortua fuerat.*
4 *In veneni materia, sæpè quæritur an sit genitum, an propinatum, & plurimum refert, an quis statim à cibo signa dederit veneni.*
5 *Veneno an præsumatur mortuus, cuius cadauer statim fuit sepultum.*
6 *Veneni indicia.*
7 *Indicium contra fugientem statim à loco delicti, & post acclamationem, & contra deprehensum in loco delicti.*

CAP. CXXX.

De Corpore delicti probando, maxime in veneno.

1 ILlud passim † in omnium ore versatur, nimirum, constare debere de delicto, & corpore delicti, antequam Iudex procedat contra aliquẽ. l. 1. §. Item illud. ff. ad Senat. Consul. Syllan. Non sufficit igitur, si constet aliquem esse interemptum, nisi etiã constet scelere id secutum. Boss. in princip. tit. De delictis, cum multæ
2 † sint mortis causæ externæ, & internæ. Qua in re plurimum tribuitur secutis incontinenti, vel ex interuallo. latè Farinac. quæst. 126. part. 2. docet quando nam dicatur quis decessisse ex vulnere, vbi decessit incontinenti, vel ex interuallo, & plurimum tribuit Iudicis arbitrio. Peguer. decis. 78. num. 8. Die 14. Decembris 1620. censuit Senatus pro-
3 cedendum † esse in causa cuiusdam puellæ, quæ mortua fuerat reperta, cum paulo ante fuisset per sæuitiam verberibus affecta. Boss. De Homicid. num. 116. Faciunt quæ tradidi supra lib. 1. cap. 147. num. 4. vbi subieci idipsum obseruandum in
4 veneno, de † quo sæpe quæritur an fuerit propinatum, an intus genitum, nam si statim à cibo quis dedit signa veneni, præsumendum erit nõ paulatim genitum, sed propinatum

fuisse. Caball. resol. crim. 180. nu. 8. Incontinenti etiam secuta præstant
5 indicium veneni propinati, si mortuus, fuerit statim sepulturæ traditus. Videtur enim idcirco factum, vt sepulcro tegeretur delictum, ne ab aliquo erumpentia signa veneni post mortem possent conspici, neue Magistratuum & peritorum oculis subijcerentur & examinarentur. Verum hac festinatione sepeliendi cadaueris non probari corpus delicti, quod videlicet veneno quis obierit, & veneno propinato, ostendit Hieron. Laur. decis. Auenion. 20. num. 16. quem refert Farinac. quæst. 122. part. 4. num. 75. Crediderim tamen hanc festinationem non leuiter alia
6 indicia, si † quæ aderunt, adiuuare. Varia autem recenset Farinac. dicta quæst. 122. num. 62. Et in vniuersum in delictis multa colliguntur indicia ex his, quæ incontinenti sunt secuta,
7 veluti si quis † statim à loco delicti fugam arripiat. Peguer. decis. 17. nu. 36. vel si incontinenti in loco patrati delicti, vel propè eum locum fuerit deprehensus. Farinac. De Indic. quæst. 52. num. 133. vel si statim post acclamationem fugiat. Farinac. dic. quæst. 52. num. 158. & seq. Quæ fuerunt plenè discussa in Senatu occasione cuiusdam relationis factæ per amplissimum Senatorem Maldonatū, nunc Ticini Prætorem.

S V M M AE.

1 *Dotalis res non redditur vxori constante matrimonio. Declara.*

2 *L. Seruus dotalis. ff. soluto matrim.*

Seruus dotalis iussu mariti adit hæreditatem, & quomodo.

3 *Donare an possit filius, cōsentiente patre.*

4 *Donatio inter coniuges, quando res in alterum statim est transitura.*

Momentanea habentur in consideratione, vbi aliquem iuris effectum pariũt. L. si liqueat. C. de inoffic. donat.

Coniux vnus an donare possit res alterius, eo consentiente, & quomodo id procedat.

5 *Donationes duæ, an censeantur vbi filius donat patre consentiente? Quid in coniugibus?*

Vxor si donet consentiente marito, erit donatio inofficiosa cēsenda tamquam ex substantia mariti.

6 *Donatio facta causa mortis inter coniuges per interpositam personam debet fieri aliquo momento interposito.*

C A P. CXXXI.

De Seruo dotali restituendo vxori constante matrimonio, vt adeat hæreditatem. & De Donatione filij familias consentiente patre, & inter coniuges.

1 CONstante matrimonio † nō redditur dotalis res vxori. l. vnica, C. si dos constante matrim. Quod nō procedit, vbi nō est remansura apud vxorem, sed incontinenti restituēda
2 marito iuxta speciem. l. seruus † dotalis 58. ff. sol. matrim. seruus. n. dotalis institutus hæres ab aliquo, mariti iussu vel adire, vel repudiare hæreditatem debet, cū iussus domini requiratur. l. qui in aliena. 6. in princ. ff. de adquir. hæred. Atqui maritus dicitur Dominus rerum dotalium constante matrimonio. Est tñ hæreditas soluto matrim. cum reliqua dote restituenda. Barbos. ad l. dotalem 62. ff. sol. matrim. num. 12. Verum quoniā in repudianda, vel adeunda hæreditate lucrosa vel damnosa, pōt culpa committi, ideo datur cautio marito in d. l. seruus dotalis, vt coram testibus interroget mulierem, an velit omittere, an adquirere hereditatem. *Si repudiare se dixerit, facile mariti iussu repudiabit. Quod si hæreditatem agnoscere maluerit, reddendus est à marito seruus vxori ea conditione, vt cum iussu eius adierit, rursus marito retradatur. Ita & mariti solicitudini con-*

sule-

ſuletur, & vxoris deſiderio parebitur. d.l. ſeruus dotalis. Simile tradit Bar. in l.2.§.1.num.1.ff.de donat.vbi pro
3 bat valere.† donationem factam à filio conſentiente patre, cum duæ ſint donationes, vna nimirum à patre in filium collata: altera à filio in extraneum. Neque obeſt, quod pater filio donare non poſſit, quia id ceſſat, vbi incontinenti res donata in extraneũ eſt transitura l. in ædibus §. quod filiusfam. ſec. reſp.ff.de donat. l.fin.§. filijs. C.de bonis quæ liberis. Facit l. Sulpitius.ff.de donat.inter virum,&
4 vxorem,vbi †valet donatio facta marito, vt emolumentum tranſeat ad filium Bald. in l. hac edictali, nu.10. C.de ſec.nupt.l.profectitia §. Hoc & in matre.ff. de iure dotiũ. vide quod ſcripſi, lib.1.cap.160. num.17. Vnde colligitur, quod ſæpè in hac tractatione repetitur, momentanea nõ eſſe habenda in conſideratione, niſi aliquem iuris producant effectum. Barboſ. in d.l.dotalem,num.13. Diuerſum erit in coniuge, qui non poteſt donare alicui rem alterius coniugis, eo permittente, ob rationem quam videas apud Bart. in d.l.2.§.1. nu.1. & 2.l.ſi liqueat 8. C. de inoff. donat. Sed contra Bart. traditur etiam inter coniuges valere donationem, vbi agitur, vt donatarius alteri donet. Add. ad Bart. in d.§.1.nu.2. Non eſt dubium, quin poſſit vnus coniugum alteri donare, vt incontinenti in aliũ transferatur donatio, ſed conſiderat Bart. differentiam inter patrem & filium, & coniuges, nam ſi filius donat, patre cõſentiente, cenſentur duę
5 †donationes.d §.quod filiusfam.ita, vt filius cenſeatur donare extraneo, ſecus in coniugibus.d.l.ſi liqueat, vbi licet vxor donet, conſentiente marito, tamen perinde eſt, ac ſi ipſe maritus donet, & ideo erit cẽſenda donatio inofficioſa tamquam ex ſubſtãtia mariti. Sed immo ab ipſo patre profecta cenſetur donatio, vbi filius ipſius cõſenſu donat. Couar. lib.3.var. reſol.cap.6.in fine. Quidquid ſit, reſpectu tertij valet donatio, vbi incõtinenti eſt facienda reſtitutio. Sic ẽt
6 vbi interponitur perſona in † donatione mortis cauſa inter coniuges, debet aliquo momento interpoſito fieri, vt in ſpecie, l.ſed interim §. idẽ Marcellus. ff. de donat. inter vir. & vxor. Royz. deciſ. Lituan.4.nu.176.

SVMMAE.

1 Captus contra ſaluumconductum, vel aliàs non ritè, eſt reddendus priſtinæ libertati, & quomodo.

2 Carcere ſolutus non dicitur, qui poteſt incontinenti iterum capi.

CAP. CXXXII.

De Capto non ritè, reſtituendo priſtinæ libertati.

1 SI quis capiatur, quem † commeatu, ſiue ſaluoconductu tutum eſſe oportuerat, vel aliter nõ ritè in carcerem conijciatur, debet priſtinæ reſtitui libertati, atq; in eum locum reponi, vbi non poſſit ſtatim, vel ob eãdem cauſam, vel ob aliã capi. Farin. De carcerib. & carcerat.q.29.nu.11.
2 neq; .n.carcere † ſolutus, & liberatus dr̃, q pót incõtinẽti iterũ capi. Fõtan. De Pac. nupt.clauſ.4.gl.17.p.4.n.33.

SVMMAE.

1 Contrahentes poſſunt à contractu diſcedere, nõ tamen in præiudiciũ tertij, niſi id faciant incontinenti, & nu.ſeq.

2 A contractu non poteſt diſcedi in præiudicium fiſci, cui debetur gabella, niſi id fiat ſtatim.

3 Matrimoniũ ſi redintegretur, vxore redeũte ad virum, ceſſat iudiciũ de dote conteſtatum ob diuortium, ſecus quo ad extraneũ, niſi ſtatim redierit vxor. L. in inſulam §. fin. ff. ſol. matrim.

Alienans feudum, vel emphyteuſim, & incontinenti eam recuperans.

C A P. CXXXIII.

De Discedentibus statim à contractu.

1 POssunt contrahentes † discedere à contractu, vbi agatur solum de præiudicio ipsorum cōtrahentium, secus si id cessurum sit in damnum tertij. Exempli gratia si debeatur ali-
2 quid fisco pro quolibet † contractu, non possunt contrahentes à contractu discedere, & fiscum debita gabella
3 fraudare. Sic redintegrato † matrimonio, muliere reuertente ad virum, à quo diuerterat, iudicium de dote expirat. l. si mulier. ff. soluto matrim. Aliud est dicendum in iudicio accepto ex stipulatione, quam extraneus, qui dotem dederat, stipulatus fuerat, illud enim non dissoluitur. l. in insulam §. fin. ff. eodem tit. Quod tamen intelligendum, nisi partes incontinenti discederent à contractu, idest antequam esset ille perfectus, vel antequam ad extraneos actus diuerterent. Marc. decis. 570. part. 1. vbi, & in decis. præced. agit de alienante Emphyteusim, vel feudum, & statim recuperante, de quo supra verba feci hoc libro cap. 39. num. 9. Et lib. 1. cap. 81. num. 12. Eodem pacto crediderim non esse quæsitum aliquod ius extraneo stipulanti dotem iuxta dictum §. fin. vbi vxor statim redijt, vt scripsi lib. 1. cap. 8. nam in d. §. fin. agitur de diuortio, & de iudicio accepto post illud.

S V M M AE.

1 *Donationi perfectæ ex interuallo non possunt adijci conditiones. Declara. Declaratio ad tempus donationis trahitur.*

2 *Princeps an possit addere pacta, & conditiones ex interuallo donationi. Princeps quō dicatur solutus legibus.*

L. Qui fundos. C. de omni agro deserto libro xj.

L. Si donationem C. de reuoc. donat.

C A P. CXXXIV.

De Principe, an possit donationi ex interuallo conditiones addere.

1 DOnationi perfectæ † conditiones, & pacta ex interuallo adijci non posse scripsi supra lib. 1. cap. 61. Fontanell. de pact. nupt. clas. 4. gloss. 5. num. 4. & seq. licet iuxta communem senteniam incontinenti addi possint, idest vel in ipso actu, vel post ipsum successiuè, nullo medio tēporis interuallo interiecto, veluti eodem loco, die, coram ijsdem testibus Fontanell. ibidem vbi nu. 10. & seq. limitat prędictam traditionem dupliciter, & primo vt cesset quando initio actum esset de apponendis pactis, vel conditionibus. Secundo qñ donans ambiguam donationem declararet, nam qui declarat, nil noui facit, declaratioq; ad tempus donationis trahitur, quod ibidē latè probat Fontanell. exemplis. Verū quæ-
2 ritur. An † Princeps possit donationi addere pacta, & cōditiones ex interuallo. licet enim Princeps solutus esse dicatur legibus, tñ id accipitur quo ad vim coactiuam, non quo ad directiuam, ut uerbis Theologorum utar. Andr. Fachin. lib. j. Controuers. iur. cap. 2.

Et uidetur dicendum Principem id posse facere etiam ex interuallo, iuxta congestos per Conar. lib. 3. uar. resol. cap. 6. nu. 10. uers. Quod uero. Affertur l. qui fundos. C. de omni agro deserto libro 11. quæ sanè lex nil probat, ut aduertit etiam Couar. loco citato.

Contrariū sequuntur alij. Peregr. de iure fisci lib. 1. tit. 3. num. 50. Fab. in suo Cod. lib. 3. tit. 22. de rei uend. diff.

diff.12.per l.ſi donationem. C.de reuoc. donat. quæ pariter lex nil probat,cum ibi agatur de donatione facta à priuato, quæ auctoritate Principalis reſcripti, non debet reuocari.

Hanc ſecũdam opinionem uerioremeſſe puto, in quam etiam viſus eſt inclinare Couar. loco citato, niſi tamen Princeps in vim legis vellet donationi, vel alteri contractui ex interuallo addere conditiones,& pacta. Fontanell. vide dicta gloſſ.5. nu. 2. vbi quamplurimos in hanc ſenten tiam citat, & ad plurima infert.

S V M M AE.

1 *Alimenta,& expenſæ litis in quibus caſibus debeantur, vel ſecus.*
2 *Senatus ſolet decernere alimenta, & ſumptus litis.*
3 *Tranſactionem qui habet contra ſe, non poteſt conſequi alimenta, & ſumptus litis. Declara.*
Tranſactio reſcinditur ob enormiſſimam læſionem.

C A P. CXXXV.

De alimentis, & ſumptibus litis.

1 ENumerat Franciſcus Milan. deciſ.16.lib.1.quamplurimos †caſus, in quibus alimenta, & expenſæ litis debentur, vel ſecus, iuxta tradita in l. ſi in ſtituta. §. de inoffici oſo.ff. de inoffic. teſtam. l. Imperatores. ff. de tutel. & ration. diſtrahend. l.vlt. C.de ordin. cognit.Coſt. de Remed. ſubſid. Remed.100. Menoch.conſil. 491.num.31. Valaſc.conſult.1.nu.9. Adrian. Neguſant. quæſt.210. nu.7.
2 Et Senatus noſter ſolet † decernere huiuſmodi aliméta,& expenſas, quæ cedant in cauſam declarandam, vbi concurrant requiſita. Eſt autem inter cæteros caſus ille præcipuus, in quo non debentur, quando quis ha-
3 bet contra ſe†tranſactionem.Milan. d. deciſ.16. num.30. niſi tamen ageret ad reſciſionem tranſactionis ob enormiſſimam læſionem detectam, vel incontinenti detegendam. Coſt. dicto Remed.100.num.15. ob quam ſæpe reſpondi tranſactionem reſcindi,& præſertim ſupra cap.108.

S V M M AE.

1 *Mater ſi præterierit tertium filium poſt teſtamentum natum, an competat illi tertio querela inofficioſi,& num. ſeq.*
2 *Poſtumi agnatione non rumpitur teſtamentum, matre illum prætereunte.*
3 *L. 3. C. de inoff. teſtam. declaratur, & num. ſeq.*
4 *Querela inofficioſi vt excludatur, cenſetur tertius filius inſtitutus.*
Extenſio fit in inſtitutione hæredis.
Filium cenſetur quis inſtituiſſe, quem ignorabat.
5 *Voluntates teſtantium ita exponi,vt effectum habeant.*
6 *L. 3. C.de inoffic. teſtam. extenditur, & declaratur, vt non procedat in patre.*

C A P. CXXXVI.

De nato poſt teſtamentum Matris, an habeat querelam inofficioſi.

1 SI mater † duos, quos habebat filios, hæredes inſtituerit,tertium autem, quem poſt teſtamentum pepererat, præterierit, quæſtio eſt, an danda ſit prÿterito querela inofficioſi, neque enim agnatione poſtumi
2 † rumpitur teſtamentum, vt in matribus teſtantibus,& ſiletio ſilios prætereuntibus. §. mater in Inſt. De exhæred. liber. vbi Vigl.& alij. Et Im-
3 per. † Seuerus, & Antonin.in l.3.C. de inoffic. teſtam diſtinguunt: Aut mater, cum haberet mutandi teſtamenti facultatem,id facere neglexit,

&c.

& danda erit querela filio, non iustis rationibus neglecto. Aut inconti- nenti in puerperio mortua fuit, & *repentini casus* inquiunt Imp. *iniquitas per coniecturam maternæ pietatis emendanda est. Quare filio, cui nihil, præter maternū fatum imputari potest, perinde virilem portionem tribuendam esse censemus, ac si omnes filios hære-*
4 *des instituisset.* Fauore testamenti † igitur, vt odiosa illa querela excludatur Alciat. in l. 1. ff. de vulg. num. 25. institutus censebitur tertius filius. Quamobrem Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 4. tit. 2. num. 5. fretus d. l. 3. scripsit extensionem fieri in institutione hæredis, vt filium censeatur instituisse testator, quem se habere ignorabat. Obuij sunt alij casus ferè similes, ex quibus habemus veteres I. C. & Imperatores testantiū
5 † voluntates ita consueuisse interpretari, etiam acutis ingeniosisque coniecturis, & sensibus, vt omninò sortiantur effectum. Rustic. ad l. cum auus. ff. de condit. & demonstr. cap. 1. num. 1. 12. & seq. Gomez. variar. resolut. iur. tom. 1. cap. 5. De substit. fideicōm. nu. 24. vbi extendit dictā,
6 l. 3. vt † procedat etiam si mater toto tempore, quo vterum gessit, mutare potuerit testamentum, neque enim id nocet cum ignoraret, an masculum, an feminam esset paritura, & an deberet mori in puerperio nec ne, licet puerperæ dicantur in articulo mortis constitutæ, vt scripsi supra cap. 111. Subijcit Gomes. dicto loco non procedere dictam l. 3. in patre.

FINIS.



LECTORI.



ABES opusculum non subsecivarum horarum, neque enim eas nobis concedit negotiorum moles, quæ in Senatu adsiduè tractantur; sed earum, quas penè necessariæ quieti detraxi. Si Cn. Flauij gratum fuit populo donum, licet is non bona fide egerit, qui subreptos fastos illi ediscendos proposuerit: quid ni sperem Lector candidè, non ingratas tibi, vel hoc nomine futuras hasce meas lucubrationes, quòd Senatus decretis, quæ ille ab omnibus cognosci patitur, identidem sint refertæ?







INDEX

Locupletissimus, Alphabetico ordine conscriptus verborum, & rerum præcipuarum, quæ hoc secundo Libro continentur.

Primus numerus Caput, Secundus marginis numerum, Tertius paginam indicat.

A

Cleri-

fus

Do-

E

Edi-

Exe-

tertia.

G

H

Iura-

L

20.

Oti-

Q

R

S

Statuta

V

FINIS.

ERRATA.

Delenda	Reponenda
Pag. 5. colum. 2. verf. 15. Petentss	Petentes
Pag. 6. colum. 2. v. 4. Proccdat	Procedat
Ead. pag & col. verf. 19. Prineipaliter	Principaliter
Ead. pag. & col. v. 21. Donatione	Donatio ne
Pag. 13. colum. 1. verf. 11. Cafibns	Cafibus
Pag. 15. col. 1. verf. 2. Saluuscenduftus	Saluufconductus
Ibid. v. 4. Saluusconductus	Saluiconductus,
Pag. 19. col. 2. v. 20. Marrimonio	Matrimonio
Pag. 21. col. 1. v. 27. Thefauris	Thefauris
Ibid. v. 33. Fifci	Fifco
Pag. 23. colum. 1. v. 19. Intimatum	Intimatam
Pag. 25. col. 2. v. 23. Incunabulis. iritam	Incunabulis initam
Pag. 27. col. 1. v. 18. Ceffændum	Ceffandum
Ead. pag. col. 2. v. 31. Animiq.	Animoq.
Pag. 28. col. 1. v. 10. Sect.	Sec.
Pag. 29. col. 1. v. 34. Sole	Solet.
Pag. 30. col. 1. v. 20. Habet	Habeat
Pag. 32. col. 2. v. 32. Ætes	Ætas
Pag. 33. colum. 2. verf. 16. Solòm	folùm
Pag. 35. colum. 2. verf. 33. Dicatnr	Dicatur
Pag. 36. colum. 1. verf. 13. Legatos	Legatus
Ead. pag. colum. 2. verf. 32. Cenfil.	Confil.
Pag. 37. col. 2. v. 6. Proculentum	Poculentum
Pag. 47. colum. 1. verf. 29. Imputænda	Imputanda
Ead. pag. colum. 2. verf. fin. Agert	Agere
Pag. 53. col. 2. poft verf. 19. Cap. XXXI.	Cap. XXXXI.
Ibid. verf. 37. fi	fi
Pag. 59. colum. 1. v. 4. Effe	Effet
Ibid. v. 31. Artieulo	Articulo
Pag. 61. col. 1. verf. 21. eontrahentes	Contrahentes
Pag. 72. col. 1. v. 20. De robatione	De Probatione
Pag. 72. col. 1. v. 32. Iudic.	Indic.
Ead. pag. col. 2. v. 6. Acufatore	Accufatore
Ibid. v. 29. Adminebatur	Adimebatur
Pag. 75. col. 2. v. 21. Benefieij	Beneficij
Pag. 76. col. 1. v. 42. Fueriut	Fuerint
Pag. 85. col. 1. v. 31. Mumcipalem	Municipalem
Pag. 94. col. 2. v. 29 Aecretionem	Accretionem
Pag. 96. col. 2. v. 8. Deftiffe	Defijffe
Pag. 97. col. 1. poft v. 35. Cap. LXXVIII.	Cap. LXXVIIII.
Pag. 98. col. 1. v. fin. Adde Farinac. in vlt. arg. num. 317.	in Frag. Crim. par. 1.
Pag. 99. col. 2. v. 9. Poffumos	Poffumus
Pag. 100. col. 2. v. 35. Difentit	Diffentit
Pag. 101. col. 1. in fin. Cap. Dele	Cap. LXXIIII.
Ead. pag. col. 2. v. antepen. Pereipit	Percepit
Pag. 106. col. 1. v. 24. eontrafacientibus	Contrafacientibus
Pag. 113. col. 2. v. 9. Sit	Sis

Pag.

Pag. 119. col. 2. v. 14. Retracto	Retractu
Pag. 120. col. 1. v. antep. Dieitur	Dicitur
Pag. 121. col. 2. v. 4. Maeulam	Maculam
Pag. 123. col. 1. v. 19. Hypolhecam	Hypothecam
Pag. 129. col. 1. verſ. 2. Incontiuenti	Incontinenti
Ibid. v. 27. Bannitis	Bannitos
Pag. 139. col. 1. v. 9. Veriſimile	Veriſimile



INDEX CAPITVM
Libri Secundi .

b De

De

Index Capitum.

FINIS.

Censura Sacci de hoc libro edendo.

Rationem sanè pulcherrimam inijt auctor, quo pacto in Senatu, etiam post obitum, semper viuat; opus hoc emittendo, quod illi frequenter vsui erit, ad dissoluendos nodos, qui in iudicando sæpius incurrunt. Meritò igitur posthac celeberrimis scriptoribus, Bosio, & Claro, quos Senatus in promptuario habet, Bellonus tertius accedet.

